LVIII
A
18

C. 33. 23

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LVIII
A
18
NAPOLI

T. PFANNERI OBSERVATIONES ECCLESIASTICÆ.

Sumptibus JO. BIELKII.

JENAE

Literis NISIANIS.

1694.

VIRO

GENEROSISSIMO

GEORG. HEINRICO
BOINEBVRGIO
à Lengsfeld &c.

EQVITI FRANCO
CONSILIARIO AVLICO SAX.
REGIM. FRIDENSTEIN.

PATRONO SVO

S. P. D.

T. PFANNERVS,
Conſil. Aul. Sax.

DEDICATIO.

Libello huic publicæ lucis facturo periculum nihil quicquam opus erat de Patrono circumſpicere, cujus inſcriptus nomini inſignior ipſe ornatiorque prodiret. Ultrò ad Te quantum ſinebant impedimenta aliunde objecta, properabat, beneficiis Tuis invitatus, Tibique non deſtinatus tantum qualicunque animi conſilio, ſed & concepto nuncupatoque voto obſtrictus. Et verò quamvis privatæ hujus

officii

officii defuerant rationes, publicæ ſatis ſuppetebant cauſæ, quæ mei in Te affectus venerationisque neceſſitudinem profiteri juberent. Ad cultum ſanè atque reverentiam jam ſufficere potuerat generis claritas, atq; vetuſtisſimæ delegatæ Nobilitatis imagines, cujus etiam nullũ non niſi apud gentes ſupra communem Barbariem efferatas precium eſt. Omnes boni ſemper nobilitati favemus, & quia utile eſt reip. nobiles homines eſſe dignos majoribus ſuis, & quia valet apud nos clarorum hominum, & benè de rep. meritorum etiam mortuorum memoria. Neque enim pari undequaque naſcimur ſorte aut etiam, (quæ plerorumque opinio eſt) ſola virtute diſtinguimur, quæ

ſanè publica in luce multa per ævi ſpatia collocata apparet illuſtrior, & ad quam ipſam generoſis animis recordatio avitorum decorum incitamentum atque ad egregia quæque tendentibus decus ac robur eſt. Themiſtoclem ad capeſſendas res magnas ipſiusque ſomni impatientiam Miltiadis gloriâ adactum ferunt. Propiori ſtimulo urgentur, quos ad imitationem domeſtica exempla excitant, memoriâ rerum à majoribus egregiè geſtarum ad æmulationem compulſos, qua nempe ratione P. Scipio, cum progenitorum imagines intueretur, vehementiſſimè ſibi animum ad virtutem accendi profeſſus eſt. Eſt quidem uti inter Patritios plebeja quædam atqne ignobilis turba, ita inter homi-

homines humiliori conditione natos quædam ſine faſtis nobilitas. Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ ſuæ longo ordine ac multis ſtemmatum illigata flexuris, in parte prima ædiũ collocant,* noti magis quàm nobiles ſunt. Non facit nobilem atrium plenum fumoſis imaginibus. Nemo in noſtram gloriam vixit: nec quod ante nos fuit, noſtrum eſt. Animus facit nobilem: cui ex quacunque conditione ſupra fortunam licet ſurgere. Neque tamen ſine ratione ſacra eſt magnarum virtutum memoria, & eſſe plures bonos juvat, ſi gratia bonorum non cum ipſis intereat. Hæc debemus virtutibus, ut non præſentes ſolum illas, ſed

*Sen. de Benefic. lib. 3. cap. 28.

etiam ablatas è conſpectu colamus. Aſt verò utcunque aliis officiat avitæ fortunæ humilitas, aliis nobilitas ſua oneri, atque opprobrio ſit, Tibi ſanè ea ſorte naſci contigit, ut clariſſimâ gignereris proſapia, atque nobilitatem à majoribus longiſſima ſerie acceptam propriis excoleres atque exornares decoribus. Et verò quem rerum Germanicarum haud penitus imperitum lateat Boineburgiorum Gens per Franconiam, Thuringiam, Haſſiam inprimis celebrata, & ſive ſtirpis antiquitatem, ſive amplitudinem poſſeſſionum, ſeu denique rerum bello paceque, magnis in Magiſtratibus honoribusque geſtarum gloriam ſpectes, nulli ſecunda. Atque Tu tam ſplendidis ortus natalibus

bus animum à Boineburgiis neutiquam degenerem literis atque peregrinationibus per Italiam, Galliam, Britanniam, Belgium, cunctis denique ingenuæ nobilitatis artibus ſtudiisque, ita percoluiſti, ut accepto ab iſtis ſplendori tuam quoque lucem affundere voluiſſe videri queas. Neque defuit exornandæ nobilitati tam egregiè inſtructæ decorandæque fortuna, ſæpe quidem, non tamen ſemper errare, ſed aliquando etiam eligere ſolita. Et quidem Tu præ aliis ſereniſſimo FRIDERICO Saxonum Duci, cum adhuc inter mortales ageret, idoneus viſus, cujus fidei cariſſimam ſobolem regendam committeret. Cujus judicium ſequuti poſt obitum Principis provinciam eò-

usque egregiè adminiſtratam prorogavere, quos iſte mortalitatis ſuæ haud ignarus immemorve prolis lectiſſimæ (ſi quid ſecius ſibi, principi quidem, at tamen homini, accideret) curam paternæque ſollicitudinis vicem ſubire ſupremis tabulis juſſerat. Honorificum quidem ſed arduum imprimis regendæ atque ad mores tanto faſtigio dignos formandæ pubis in ſpem imperii genitæ onus, cujus præcipua in iſta ætate cuſtodia eſt, in quamcunque partem illam flexeris, certâ ferè atque in ſequuturam ætatem manſurâ imagine, & cujus ab ſucceſſu eventuque Domûs, patriæ, ipſorumque, quorũ curam ſuſceperis, decus, incolumitas, ſalusque ſuſpenſa eſt. In aliis neglectæ educationis

diſpendium officit ſingulis, aut certè nonniſi ad pauciſſimos pertinet. In Principe, non ipſius id ſolùm, ſed commune omnium malum eſt. Alia reip. damna brevius durant, hujus non niſi cum ipſa principis vita, imò ſæpe ne cùm ipſa quidem terminatur. Evenit, quod Deo bonisque cordi eſſet. Evaſit cum fratre JO. GVILIELMO FRIDERICVS, qualis ut evaderet, Pater, Aula, cives optaverant; capax imperii etiam ſummo Principi ſupremo talium arbitro viſus, qui ingenio prius quàm ætate maturus regimen ante capeſſeret, quàm legibus moribusve licuerat. Quæ res uti Sereniſſimo Principi, Fratri, Domui, civibus bene ac feliciter eveniat, merito apprecamur.

mur. Neque verò exiguam imperii, quod ſperamus optamusque, proſperi partem Tibi quoque debebit patria, in ea maximè cura verſati, ut quem iſta habitura eſſet Principem, optimumque haberet.

Et quidem confecto nuper admodum Te duce à Principibus per Batavos, Britanniam, & quantum adhuc Hiſpanis ſupereſt, Belgium, feliciter itinere, ita fidem, induſtriam, prudentiamque approbaviſti Provinciarum, quæ ditione Principum tenentur, Ordinibus, ut actis publicè gratiis, quo ſervatorum Principum officium loco haberent, egregio grati animi documento teſtarentur; repetito ex Romani ævi memoria exemplo, quo navatam ſive bello, ſeu

pacis artibus reip. inſigniorem operam publicis gratibus donisque decorandam cenſebant.

Tanta poſt conſilii mei argumenta incongruum fermè exiſtimari potuerat, privati officii rationes commemorare, & quantum Tibi hac quoque parte debeam, diſertius profiteri. Et tamen conveniens meæ pietati, neque alienum à tua dignitate Tu ipſe pro tua humanitate exiſtimabis, tuis in filium itineris per Belgium utrumque atque Britanniam, quantum illius ferebat conditio, Comitem beneficiis eo me adactum agnoſcere, ut hoc etiam nomine quantum de me merueris, publicè non diſſimulandum putarem, animique iſtorum non im-

memoris, qualecunque ſtatuerem monumentum. Idque Tu quin æqui bonique conſulas, ambigere vetat humanitas, eximium ceterarum virtutum tuarum ornamentum, ad cujus nempe officium maximè ſpectat, talia non dignitate aut mole doni, ſed animo offerentis metiri.

Ceterum ut quem jam exorſi ſumus annum, Tibi Tuisque felix, fauſtus, lætusque eveniat ex animo apprecor.

Dab. Vinar.

PRAEFATIO.

Valetudine, minus plerumq; commoda ætate, nondum quidem ſenili, vergente tamen ad ſenectutem, aliisq; caſibus humanæ ſortis mortalitatisque, & quæ poſt hanc expletam nos fata manent, crebrò admonitum parum aberat, imò nihil, quin iſta undequaque reputantem, vitæ, dignitatis, & quæ nobis vitâ fermè atque honore quantocunque potior erat, ipſius Literaturæ, & quam hac parare licet melioribus ingeniis, famæ (qualem quidem utramque nobis modicam atque vix mediocrem eſſe, facilè fatemur) ſatie-

tas

tas ſæpius tædiumque ſubiret. Et vellicabat ſubinde aurem recordatio morbi, cujus vi aliquot abhinc luſtris, cùm adhuc Gothæ ageremus, penè oppreſſum, jamque ultima expectantem, quæ ſuſpicio, quis horror, invaſerat judicii, quo poſtquam ſemel causâ cecideris, nulla melioris conditionis ſpes imò ne votum quidem, nulla denique reparandæ reſtituendæve rei ratio ſupereſt. Quàm nempe nullo operæ pretio ingenium, induſtriam, ipſumque, quantus erat, animum ſtudiis iſtis addixiſſem, tunc demùm ſollicitius penſitabam, cùm jam nihil in iſtis præſidii animadverterem, ad tantum Tribunal cauſam dicturo; ad quam agendam jam obtorto collo in jus trahere velle vale-

tudo extrema minitans videri potuerat. Ita adeò dilectæ eò usque literæ primùm contemptui & quod huic contiguum eſt, odio, denique abominationi fermè eſſe cœperunt, adeò nempe nihil ad ſummam rei pertinentes, ad quam humanum genus ſibi poſt cœlites proximum Numen atque Numine auctore natura condidit, divinitatis quodam olim uſuros conſortio, nî ad cœleſtia genitos terrena delectarent. Et quamvis moriendi neceſſitatem tunc elapſo remittere paulatim faſtidium, atque in gratiam cùm literatura utcunque rediiſſe videbamur, vilius tamen etiam tum æſtimabamus rem, ad felicitatem, ad quam enitendum eſt, non perire cupientibus, adeò nihil

parum-

parumve conferentem, atque ad iſtam tendenti aut inutilem, aut plerumque damnoſam. Subierat nempe animum, quantum ſæpiſſimè ab Eruditione diſtet Sapientia, cujus nimirum partes ſunt, hominem ad felicitatem veram ſinceramque aſſequendam præceptis, monitis, conſiliisque inſtruere; ut adeò prudentiſſimè averſatus ſit Sapientem Rex maximus, qui non ſibi ſapere didiciſſet. At verò quis ſibi ſapere dici queat, qui breviſſima voluptate etiam animi, & qualem ex literis haurire licet, contentus leviori imò nullâ curâ habeat, æterna ſectari. Hæc inquam cogitanti eruditio tanti quondam nobis habita, ſi non ſordebat, minus tamen jucunda erat. Atque in

aliis tantò jam minus ſuſpicere iſtam atque admirari diſcebamus, quo in illis major (ad noſtram præſertim mediocritatem comparata) illuſtriorque apparebat. Et verò vix ipſos, quos totos iſta Pravitas tenet, aut latêre, aut aliunde monitos inficias ituros crediderim, quanta luxurie, intemperantiâ, vanitate denique Literatura, quò usque patet, laboret; à quâ ne iſtam quidem exemptam ſivit humani ingenii ſolers pravitas, quàm Deo ejusque cultui præ aliis nuncupatam æternamque proſperitatem pollicentem ſua ab hac labe dignitas ſanctitasque integram præſtare debuerat. Longum potius atque invidiæ nimis obnoxium quàm difficilè foret, ire per ſingula, &

quantum in toto literarum genere peccetur, exemplis oſtendere. Quam non fruſtra iſta conqueramur, vel ſola Hiſtoria rei Nummariæ documẽto eſſe poterit erudita ſanè, elegans, atque non ad delectationem minus, quam celebritatem comparata; aſt in qua ad qualemcunque de uno Nummo Nummive parte conjecturam ſuſpicionemve ſæpe tota Gentilis ſuperſtitionis Camarina movenda, qua quidem tam impensè occupari neſcio, quî ſalva Numinis pace liceat, adeò Deos iſtos Deasque exoſi, ut vel ipſorum nomina fando uſurpare ſuos vetuerit. Et quis ex reliqua Antiquitate*, Profanæ *nomen ſuo jure ſortita recenſeat nugas quantumvis eruditas itidem elegantes, aut eru-*

* Exod. XXIII. 13.

ditionis nobis elegantiæque imponentes ſpecie, ſenſu iſtarum atque dulcedine & penè dixeram ſtolida Antiquitatis veneratione adeò imbutis, ut jam nihil ſpernendum imò non colendum exoſculandumque arbitremur, quicquid nobis, ſi ipsâ ſuâ indole atque dignitate vero denique pretio æſtimes, exilia, imò ſordida ſæpius, aut planè ridicula, ſola antiquitatis veneratio jucunda, honorifica, imò admiranda reddere ſolet.

In tanta Literarum iſto vitio affectarum turba circumſpicienti, quæ cæteris aliquantum ſanctior eſſet, ea ſeſe maximè ſemper commendavit approbavitque, quæ veteris Eccleſiæ inſtituta

ſtituta ritus moresque exponit; non quod iſta labe planè careat, (quid enim non contagione ſua attemperet ingenioſa ſuam aliorumque in fraudem improbitas) ſed quòd iſtâ laboret levius, nec ab illa adeò ſeſe pollui paſſa ſit. Eamque ex ipſo Patrum Scriptorumque Eccleſiaſticorum fonte petentibus neceſſe eſt multa obvenire, quæ pietatis atque ſanctimoniæ etiam aliud agentem imò nolentem, etiam reluctantemque admoneant. Atque hoc ſtudiorum genere etiam hucusque, quantum temporis, locorum, noſtræque conditionis ſinebat ratio, maximè delectati, poſt aliquot annorum deſidiam cum ad ſcriptionem animum multiplici ægritudine confectum rurſum appelleremus,

mus, argumenta quædam ſelegimus, in quibus quid adhuc valerent vires, ipſa deſvetudine magis debilitatæ, experiremur. Inde iſtud enatum qualecunque non magnæ quidem molis, neque majoris forſan momenti opuſculum. Plura quidem erant, non ad Scriptionem tantum, ſed & prælo parata. Aſt intercesſit Typographi in excudendo lentius feſtinantis mora, quam ultra nō toleraturi ſepoſuimus iſta, aut paulò poſt, aut forſan nunquam (nullâ equidem, aut facili rei literariæ jacturâ) publicæ lucis facturæ periculum. Quantum eâ in re præſtiterimus, minori curæ eſt homini, cui jam non adeò moleſtum, laude hominum gloriâque carere; quem plerique pulcherrimum labo-

laborum fructum exiſtimant, atque cujus tanta literatis ambitio, cupiditas, atque contentio eſt. Et facilius gloriam, aut aſpernari, aut non affectare licebit ſaltem de contemptu faſtidioque ſecuris. Quin ad hæc etiam æquo animo toleranda, multum conduxerit, laude gloriâque carere poſſe.

INDEX OBSERV.

OBSERVATIO I.

De

Idolothytis, ſangvine, & ſuffocato.

I.

DIſcriminis populi Judaici ceterarumque Gentium abolitio, poſt prædicatum Evangelium. 2. *A judæis ægrè agnita atque admiſſa.* 3. *Etiam à Sanctioribus.* 4. *Quamvis ſublato iſto diſcrimine legem tamen Moſaicam retinendam*

cenſentibus. 5. *Unde nati Nazarei, Symmachiani.* 6. *Ortum hinc Antiochiæ disſidium inter Judæos & Gentiles converſos; Concilio Hieroſolymitano deciſum.* 7. *Cauſæ conſtitutionis Apoſtolicæ; ex jure Noachitarum.* 8. *Ex Proſelytismo.* 9. *Obſervata â Seldeno, Et jamdudum ab Auguſtino.* 10. *Auguſtini ulterior inquiſitio in rationem hujus conſtitutionis.* 11. *Ratio temperamenti. De Idolothytis.* 12. *Idololatriæ conditio atque varietas.* 13. *Appendices atque communicatio.* 14. *De eo qui ſacrificio intereſt.* 15. *Sacrificiorum genera duo; Publica.* 16. *Et privata Romanorum, Græcorum.* 17. *Mos ex Sacrificiis veſcendi; Hæbræorum. Gentilium.* 18. *Proſecta*

ſecta ex quacunque pecude mactata. 19. Epulæ in ipſis templis. 20. Ex templis ad manducandum in domos delata. 21. Quandoque in ædibus decerpta & manducata. 22. Libationes. 23. Oblatio frugum. 24. Cultus Larium. 25. Quæ idolothyta constitutione Apoſtolica probibita ſint. 26. Quousque hæc obſervata. 27. Idolothyta an per ſe, an ratione tantum ſcandali illicita. 28. Interdictum divinum de ſangvine non edendo. 29. Ejus ſententia, & qualis ſangvis prohibeatur. 30. Interdicti ratio petita à Sacrificiis. 31. Cur dæmones nidore victimarum delectati ſint. 32. Alia ratio interdicti, tuendæ ſc. valedudinis. 33. Coërcendæ atque a-

vertendæ cædis humanæ. 34. Suffocatum atque morticinum Lege Moſaica Proſelytis domicilii permiſſa. Apoſtolica conſtitutione prohibita. 35. Ejus obſervatio. 37. Penitior disquiſitio in ſententiam & rationem hujus Decreti. 38. Diſceptatio hujus quæſtionis inter alios inſtituta. 39. Judicium de ea.

OBSERVAT. II.

De

Sacrificatis Libellaticis, iisque, qui perſecutionem aut pretiô aut fugâ evaſerunt.

I.

Perſecutionum quondam frequentia. 2. De fide ob perſecutionem neganda ſententia Simonianorum, Menandrianorum

rum, Baſilidianorum, Helceſaitarum, Gnoſticorum in univerſum, Priſcillianiſtarum, Vigilantii, Heinrici Nicolai, Valentini VVeigelii, Fillincii. 3. Lapſi. Eorum duo genera. 4. Sacrificati. 5. Libellatici. 6. Sententia de eis Albaſpinai. 7. Baronii. Libellatici fidem non abnegantes. 8. Libellaticorum crimen aliquando cum abnegatione conjunctũ. Hinc duo eorum genera. 9. Crimen libellaticorum (Primigeneris) crimine Sacrificatorum levius. 10. Ideoque mitior Eccleſiæ in iſtos cenſura. 11. Locus Plinii explicatus. 12. Redemptio à ſupplicio ob Chriſtianiſmum ſubeundô, à Tertulliano improbata. 13. Rationes ejus examinatæ. 14. Objectio. 15. Reſponſio. 16. Fu-

ga in perſecutione. Tertulliani ſententia pro ea. Contra eam. 17. Argumenta ejus contra fugam examinata. 18. Pro ea Clementis Alexandrini, Origenis, Cypriani. 19. Fuga quando illicita.

OBSERVAT. III.

De Traditoribus.

1.

Traditores qui. 2. Exemplum Traditionis poſtulatæ. 3. Patratæ. 4. 5. Traditio cum exuſtione conjuncta. 6. Traditores hominum. 7. Tertulliani de talibus Delatoribus Locus explicatus. 8. Decretum Concilii Arelatenſis de Traditoribus. Contra Donatiſtas. 9. Origo Donatiſtarum. Ex imputata Caci-

Cæciliano traditione, Ab ipſis ideò condemnato. 10. Secutis judiciis abſoluto. 11. Felix, Cæciliani Ordinator traditionis à Donatiſtis accuſatus. Abſolutus. Donatiſtarum inde ab Eccleſia Seceſſio. Eorum denominatio. Cauſæ Schismati prætextæ. A Catholicis refutatæ. 12. Factiones eorum adverſæ. Inclinatio ad partem Arianorum. 13. Crimen Traditionis quo loco habendum Vaſorum ſacrorum. 14. Codicum Sacrorum Optati Milevitani ſententia acerbior. 15. Mitior. 16. Traditio hominum.

OBSERVAT. IV.

De

Coronis Chriſtianis prohibitis.

 Ni-

INDEX

I.

Nimia priſcæ Diſciplinæ Auſteritas. 2. Specimen ejus in Coronis capite geſtare prohibitis. 3. Militis Chriſtiani in recuſanda corona conſtantia. 4. A quibusdam improbata. 5. Laudata ab aliis. 6. Præſertim à Tertulliano. Inſtitutum Chriſtianorum non geſtandæ Coronæ. 7. Inſtituti rationes. Origo Coronarum, à ſuperſtitione orta, Et ad exercendam eam continuata. 8. 9. 10. Uſus coronarum in ornandis funeribus, Chriſtianis inviſus. 11. 12. Φυλλοβολία. 13. Coronæ capite geſtandæ inconvenientia naturalis. 14. Coronarum uſus in Commeſſationibus. 15. Etiam extra has viro gravi indignus. 16.

Chri-

Chriſtiano præſertim conſideratione Coronæ ſpineæ inconveniens. 17. Meliorem Coronam expectanti. 18. 19. Diſcuſſio harum rationum. 20. Remisſio iſtius rigoris.

OBSERVAT. V.

De
Uſu ungventorum Chriſtianis prohibito.

I.

VNgventa Chriſtianis prohibita. 2. Ob uſum eorum luxurioſum. 3. Etiam ad Potum. 4. Luxuries Fœminarum in uſurpandis ungventis. 5. Ungventorũ uſus præter Chriſtianos etiã Eſſæis atq; Lacedæmoniis neglectus. 6. Mollibus tantùm frequentatus. 7. Cauſa negligendorum Ungventorum Chriſtianis propria. 8. Ejus diſ-

cuſſio. 9. 10. *Lapides uncti Gentilium.* 11. *Ulterior disquiſitio rationum hujus probibitionis.* 12. *Uſus ungventorum in Chriſmate.*

OBSERVAT. VI.

De Lotionib9 Chriſtianorum.

I.

Balneorum uſus Chriſtianis licitus. 2. *Mos lavandi Hoſpitum pedes.* 3. *Judæorum, Gentilium.* 4. *Chriſtianorum.* 5. *Sponſio baptismalis iſtius officii.* 6. *Monachorum hôc in officio ſedulitas.* 7. *Remiſſior uſus hujus officii.* 8. *Ne ſequiori tamen tempore omninò neglecti.* 9. *Tempus ejus præſtandi.* 10. *Præſertim dies viridium.* 11. *Mennonitarum officioſitas.* 12. *Pre-*

Preces lotis manibus. 13. Eucbariſtia accepta manibus communicantium; 14. Lotis. 15. Ulti & Evangelia. 16. Lotio poſt concubitum.

OBSERVAT. VII.

De Ludis Chriſtian. prohibitis.

1.

Ludi Cbriſtianis interdicti. 2. Ludionum infamia apud ipſos Gentiles. 3. Atque Vilitas. 4. Notata etiam à Patribus. 5. Cauſæ hujus vilitatis atque infamiæ Inboneſtas Tbeatri. 6. Immunitas Arenæ. 7. Ludionum merces. 8. Caſtigatio. 9. Auctoramentum. 10. Maximè inviſi Cbriſtianis ludi. 11. Locus Minucii Felicis de factionibus Spectatorum illuſtratus. 12. Con-

12. Continuatio ſcriptorum Eccleſiæ contra ſpectacula. 13. Spectacula â Chriſtianis maxime propter Idololatriam damnata. 14. Ludi ad res Satanæ pertinentes, quibus in baptiſmo Chriſtiani renunciant. 15. Eccleſiæ contra Ludiones atque Ludos iſtos decreta. 16. Argumenta pro Ludorum ſpectandorum licentia. 17. Refutata. 18. Prætextus pro iſta licentia tempore Impp. Chriſtianorum. 19. A Doctoribus iſtius ævi refutatus atque objurgatus. 20. Saltationes ab iiſdem probibitæ. 21. Patrum probatæ etiam Gentilibus. 22. Deboneſtamenta nuptiarum notata à Chryſoſtomo. 23. Chorea Eſſenorum.

OBSERVATIO I.

De IDOLOTHYTIS SANGVINE & SUFFOCATO.

I.

PAce jam inter Deum homineſque Servatoris morte reſtitutâ, ejuſque ad ſuperos adſcenſu ſolenni divini Spiritûs Legatione firmatâ, lingvis pariter animisque Apoſtolorũ aliorumque, quos tantâ gratiâ

Diſcriminis populi Judaici ceterarumque gentium abolitio, poſt prædicatum Evangelium.

dignari lubuit benigniſſimo Numini, illapſi, beatiſſimi ſeculi felicitas orta videbatur, qua ſublato Judæorum Gentiumque diſcrimine in unam ſocietatem coaleſcerent populi, toto hactenus orbe, ipſoque cœlo diviſi, vaticinii fidem impleturi, quo leones, agnosque, res adeò diſſociabiles, ſanctiſſimo fœdere unum in gregem coituros, jam dudum prædictum erat. Solis ferè adhuc usque Judæis intra adyta melioris doctrinæ admiſſis, ceteris plerisque, uti profanis, procul habitis, divino tandem beneficio eò res redierat, ut jam commune bonum fieret, uni per tot ſecula populo peculiare, atque ſacrâ Civitate donarentur denique Gentiles, divinæ gratiæ exules, perpetua, uti videri poterat, peregrinitate

da-

damnati; ut jam ſua veluti ſponte corrueret paries, quo à ceteris Nationibus ſepoſitam ſibi ſuoque cultui gentem is, penes quem rerum omnium arbitrium, tot retro ſeculis, conſilio humanæ imbecillitati non perquirendo, diſtinxerat. Et reddita inter Deum atque mortalium genus concordiâ, par erat, hos quoque, pacato, quod tanto temporum ſpatio intercesſerat, diſſidio, pacis fœdere jungi, cujus præcipua, aut unica lex, Conditorem ſuum atque Soſpitatorem haud diſpari pietatis affectui, & quantum neceſſe eſt, ſimili religione venerari.

II. Tanto tamen intervallo tantique ævi diuturnitate divi- *A judæis ægre agnita atque admiſſa.*

A 2 ſis

Seckendorf. Hiſtor. Luther. II. 29. 24. n. 2. III. 20, 76. n. 4. §. 76. n. 7

ſis difficile eveniebat, ſubitâ benevolentiâ invicem ſociari, iisdem uti legibus, æquali Jure, & veluti relictis patriis laribus, eodem Principe, Duce, atque Auſpice, unam in Civitatem, imò unam in domum migrare. Arduum ſcilicet, ſi humano modo negotium æſtimes videbatur, diſtractis mutuo odio aut contemptu animis commercii per tot ſecula ſpreti neglectique aut amorem aut patientiam perſuadere, juriſque ſui conſortes adſciſcere aut tolerare, quos à divinorum myſteriorum communione ipſa Numinis lege ſemotos averſari, pars religionis atque obſequii erat, eò prolapſa, uti in pleriſque ceteris morum partibus populi pravitate, divina benignitate ad aliorum comtemptum

ptum dati, ut tuendæ divini cultûs ſanctimoniæ reperta in truculentiam verterent, ſuoque officio egregiè functos exiſtimarent, ſi promptâ in ſuos miſericordiâ, (admiſſis in qualecunque amicitiæ conſortium etiam Proſelytis) in ceteros ſacrorum exſortes humanitatem omiſiſſent. (a)

Etiam à Sanctioribus.

III. Quin etiam pietatem ſinceriori mente ſectantibus religioſum erat, non adſpernari conſortium hominum, niſi ferè, uti credebant, ad Deum pertinentium, & vulgando in hos profanare cœleſtia ſacramenta, unius populi fidei atque cuſtodiæ credita. Ita homini quantumvis ad probitatem compoſito, extraneo tamen, cœleſtis gratiæ copiam præbere, arduum

(a) Tac. 5. hiſtor. 5.

atque ab innocentia ſua alie-
num cenſuit Petrus, (b) divino
quamvis Spiritu nuper erudi-
tus, & quid tandem facto opus
eſſet, novo & peculiari oſtento
admonitus, etiam poſt tanta
divinæ voluntatis documenta,
popularium exemplo aut reve-
rentiâ eò relapſus, ut commer-
cio Gentilium jam Chriſto in-
itiatorum ſeſe abſtineret, nimi
Judaiſmi aut cultûs, aut oſten-
tationis, aut ſimulationis deni-
que à Paulo acri objurgatione
increpitus, (c) Adeò grave vi-
debatur genti aliarum inſolen-
ti, conditionis dignitatisque ex
æquo ſocios ferre, non ipſorum
ritibus initiatos obſtrictosque
atque movere terminos, quos,
ju-

(b) Act. Apoſt. X. (c) Galat. II.
11-14.

jubente ipſo Numine, veteres pegerant.

IV. Et utcunque divinam benignitatem jam non ultra remorari animum inducerent homines, ſoli ad id temporis eo honore habiti, in quorum ſinum jura ſua atque beneficia Numen effunderet; at verò in alienos mores ritusque ipſos tranſire, antiquatis ceremoniis ab ipſo Deo inſtitutis præſcriptisque, neque unquam ferè ſine noxa neglectis, id equidem (uti putabatur,) erat, à Legibus pariter ipſoque Legum Conditore deciſcere.

Quamvis ſublato iſto diſcrimine legem tamen Moſaicam retinendam cenſentibus.

Non enim, obſervante etiam Hieronymo, (d) poterant tantum obſervationis laborem & veteris vitæ cautiſſimam conſervationem quaſi purgamenta

 ſu-

(d) Hieron. ad Gal. II. 7.

ſubito & damna contemnere.

Unde nati Nazaræi, Symmachiani.

V. Ferundo præterea ſervitutis oneri umbræque adſveti, libertatem lucemque, ignota ſcil. bona, ægrius tolerabant, manumiſſionem non minus, atque alii ſervitutem horrentes, beneficii loco habituri, ergaſterio piſtrinoque nunquam dimitti. Omittimus eos, qui (e) ſequentibus etiam ſeculis profligatum abdicatumve reliqui Orbis Chriſtiani conſenſu Judaiſmum retinere perrexerant, Nazaræi atque Symmachiani dicti, ita Chriſtum profeſſi, ut, (verbis Hieronymi (f) utimur) obſervationes legis vete-

rs

(e) Richard. Simon. Hiſtoir. Critiqv. Du N. Teſtament. lib. 1. c. 5. Act. E rudit. A. 1689. p. 115. (f) Hieron. in Eſai. VIII. 11.

ris non amitterent, quorum adhuc reliquias quasdam tenues quidem, ſuo adhuc tempore ſuperſtites duraſſe, Auguſtinus (g) teſtatur. A quibus, niſi fallor, diverſi fuere Nazaræi Philaſtrio ita (h) memorati, ut Chriſtianæ religioni eos adfines fuiſſe, vix appareat.

VI. Excuſatius pervicatiæ ſuæ inhærebant, qui, recenti adhuc Eccleſiâ, ita Chriſti ſacramẽto obligari cupiebant, ut veteri quoq; pactioni vis ſua venerationiq; maneret, conſortes religionis non alios paſſuri, quàm qui obſequiũ addixiſſent. Præcipuè Antiochiæ ea res turbas dedit Judæis, iſtis præſertim, qui Phariſæ-

Ortum hinc Antiochiæ diſſidium inter Judæos & Gentiles converſos.

 riſæ-

(g) Auguſtin. Tom. VI. cont. Fauſt. Manich. XIX. 18. (h) Philaſtr. de hæreſ. cap. 8.

riſæorum ſectæ addictiEccleſiæ acceſſerunt (Cerintho quidem, ſi Philaſtrio (i) credimus, auctore,) circumciſionem, atque cætera, quibus circumciſio recutitos obſtringebat, (k) onera injungentibus, Gentilibꝰ contra ad Chriſtum converſis, provocantibus ad libertatem, moleſtum juxta irritumque ratis, novo fœderi adſcriptos iis conditionibus adigi, quas veteri & exoletæ jam pactioni proprias eſſe Numen voluerat, cum iſta deſituras, neque ultra, ſine contemptu aut fraude receptæ libertatis, prorogandas. Quin & ineptum incongruumque, ipſo ita monente Chriſto, cenſebant, laciniis vetuſtate obſoletis novum pannum aſſuere, recensque vinum utribus contine-

(i) hær. 8, (k) Epiphan. hær. 29.

tinere velle jam ſenio ſuo vitioſis atque rimas undequaque minantibus, neque toleraturis liquoris vim atque impetum, nuperis uvis expreſſi. (l) Et tanta animorum contentione lis agitata, ut ad ſeditionem, res atque tumultum ſpectaret, tanti merito viſa, quæ ad Apoſtolos Hieroſolymis commorantes delata horum ſententiâ finem ſortiretur. Et delecti Paulus, Barnabas, aliique, qui Cauſam ad concilium perferrrent, modumque aut ſervitutis priſtinæ aut novæ libertatis judicio iſtorum acciperent. Urbem ingreſſi, atq; comiter, uti decebát, excepti, dato ſenatu, mandata expoſuere, commemoratis etiam prodigiis, inter Gentiles ipſorum miniſterio editis, *Concilio*

 qui-

(l) Matth, IX, 16.

Hieroſoly-mitano de-ciſum.

quibus ſuam in iſtos quoque benevolentiam curamque Deus teſtatam fuiſſet. Neque defuere partibus ſuis Phariſæi, Chriſti in caſtra transgreſſi, ingens ſeſe damnum ſubituros arbitrati, ſi quid oneris per tot ſecula tolerati divina liberalitate deceſſiſſet; homines ad ſervitutem nati, non minoribus animis pro ea dimicaturi, quàm aliis libertatem aut invadere, aut tueri, aut reparare, jucundum atque glorioſum videtur. Cappadoces exiſtimares, oblatæ à Romanis libertatis munus abnuentes, queîs ſcilicet ſine jugo porro non eſſet ſvave vivere. Dictâ utrinque tractatâque causâ, in Jacobi ſententiam itum eſt, atque Antiocheni, Syri, Cilicesque ſacro reſcripto moniti, Placere Spiritu S.

atque

atque Concilio. Idolothytis ſaltem, ſangvine, ſuffocato, atque fornicatione abſtinerent, à ceteris Judaicæ diſciplinæ muneribus immunes, atque nexu Moſaicarum legum, etiam majoribus ferè intolerando, ſoluti. Ita jam pacatiorem libertatis ſuæ uſum obtinuere gentiles Chriſto addicti ab invidia expugnatæ legis (m) ipſa principum ſacræ civitatis judicio tuti.

VII. Cauſa novæ Conſtitutionis alia aliis viſa. Fuere, obſervante Seldeno, (n) qui exiſtimarent, juris quod vocant Noachidarum rationem in animo habuiſſe Apoſtolos, & reliquos ſacri

Cauſa conſtitutionis Apoſtolicæ ex jure Noachitarum.

(m) Ita elegantiſſimè Hieron. ad Gal. VI. 13. (n) Selden. de J. N. & G. juxt. diſcipl. Ebr. Lib. VII. c. ult.

ſacri Concilii Proceres, dum iſta ſciſcerent. Non noſtrum hîc eſt, capitibus juris recenſendis aut explicandis immorari. Inſtituto noſtro ſuffecerit, poſt Seldenum (o) monuiſſe, nihil attinuiſſe ad rem qua de tum agebatur, Idololatriâ, contumeliâ atque verborum irreverentiâ in Deum, cæde hominis innoxii, inceſtu, furto denique, (quibus vetandis maxima pars iſtius juris occupabatur,) peculiari ſanctione prohibere homines, non rationem tantum ducem, ſed & Chriſti præcepta ſectantes; neque hac concilii epiſtola in eam morum partem quidquam ſancitum fuiſſe,

Ex Proſelytiſmo. VIII. Propius vero eſt, quod eruditiſſimus Seldenus (p) obſer-

(o) Ibid. p 887. & ſeqq. (p) p. 885 886.

ſervat, ex Proſelytiſmo profectum iſtud, quod natum nuper Antiochiæ Eccleſiam turbabat, negotium. Non id nobis animi eſt, Proſelytorum diſcrimen, Jura, leges, conditionemque curatiùs exponere; jam ab aliis, præſertim verò à Seldeno (q) pertractata. Satis fuerit, in iſtorum ſaltem gratiam, quibus talibus minus cognita, ex iis pauca tantum, neq; ultra quam hîc neceſſum eſt, delibare. Notum etiam in vulgus eſt, qua curâ à ceteris Gentibus, populum ſuum Deus diſcreverit, non loco minus atq; regione quàm Jure diſtinctum, gravibus edictis prohibens, extraneis connubio, fœdere, aut familiaritate miſceri. Ne pati quidem junctas ſedes fas erat,

Di-

(q) Selden. lib. 2. c. 2. & 3.

Diſcreti ac diverſi colebant. Ita placuerat ſapientiſſimo Numini, à reliquis ſegregare homines, ſemper ad deteriora pronos, illicò ad ſuperſtitionem, prolapſuros, ſi propè ſe haberent, quorum exempla ſequerentur; ne hac quidem ratione ſatis coërcitos, quin in vicinorum populorum ritus religionesque transgreſſi, fœdiſſima imitatione ſibi quoque Deos Deasq; adſciſcerẽt, queîs apud iſtos pretium atque venerationem eſſe, aut propiori commercio vel etiam auditu ſaltem, compererant. Ita tamen ſecuritati horum proſpiciendum erat, ne ipſis ab aliorum contagione periculum eſſet; non ut aliis aditus intercluderetur, ad ſanitatem tendentibus; ut non injuriâ Apioni inhumanitatem

atque

atque hoſtile in reliquos homines odium objectanti regeſſerit Joſephus, (r) quoscunque communi cum ſuis jure degere volentes comiter admiſſos, atque in communionem generis pariter atque diſciplinæ à Moſe receptos fuiſſe, *Proſelytos* Græco nomine appellant. Duas in Claſſes, (s) *Proſelytos* ſcilicet *Juſtitiæ*, & *Proſelytos Domicilii* diſtingvebantur. Neque enim moramur tertium iſtud Mercenarium genus, à Jo. A. Oſiandro (t) prioribus adjectum, quod iſtorum alterutro jam ſatis contineri certum eſt; niſi Proſelytiſmum conditione fortunæ

(r) Joſeph. cont. Apion. Lib. 2. p. 889. (s) Selden. d. c. 2. p. 137. c. 3. c. 5. (t) Oſiand. in Grot. de J. B. & P. I. 1. 16. obſerv. 2. ſub fin.

tunæ potius, quàm religionis metiri lubeat. Proſelyti Domicilii dicebantur, (u) qui quamvis Moſaicarum legum religione obligari recuſarent, Noachidarum tamen jure ſeſe victuros ſolenni ſponſione receperant, ſine qua extraneo cuicunque commorandi in terris ditionis ſuæ copiam facere, nefas erat judæis, eo ſaltem tempore, quo integro adhuc rerum ſtatu, ſuo arbitrio gaudebant, Perſarum, Syrorum, Ægyptiorumque Regum ac Romanorum imperio liberi. Atque hinc nomen à Domicilio Proſelytis iſtis inditum, cujus in terris iſtis Judaicæ ditionis conſtituendi poteſtatem acceperant. Etiam *Portæ Proſelytos* iſto vocabulo deſignari plerique autumant; quo

(u) Selden. d. c. 3.

quo tamen Proſelytos Juſtitiæ aliquando denotari, Seldenus (x) obſervat. Horum (Proſelytorum inquam juſtitiæ) ea erat conditio, (y) ut Circumciſione, Ablutione ſive Baptiſmo quodam, atque Oblatione Sacrificii Judaiſmo initiati, eodem, quo quisque Iſraëlitarum, Abrahami ſtirpe prognatus, loco, haberentur; (z) iisdem legibus, moribus, ceremoniisque obſtricti, beneficiorum onerumque ex æquo fermè participes, atque ab iſtis, non niſi naſcendi ſorte, quam ejurare magis quàm obliterare licebat, diſcreti; qui uti Hilarius (a) hoc hominum genus deſcribit, *de gentibus in legis opera*

(x) Lib. III. c. 12. p. 352. (y) Lib. 8. c. 2. 4. (z) d. Lib. 2. c. 2. add. Oſiand. ad d. n. 16. Obſerv. 7. (a) Hilar. Comment. in Matth. Can. 15.

opera tranſcenderant, & vitæ anterioris religione egreſſi, peregrina dominantis legis tanquam domo continebantur. Atque hi ſunt, quos à Moſe, quando vellent, ſacrâ Civitate donatos, ex Joſepho ſupra retulimus.

Obſervata & Seldeno. IX. Et verò ex hoc fonte profluxiſſe iſtam Phariſæorum adverſus Gentiles, pari Numinis benignitate Chriſtiana ad ſacra provectos, contentionem, Seldenus (b) arbitratur, ea ratione videlicet adductos illos exiſtimans, quòd, cùm animadverterent, Gentes non absque Baptiſmo quidem, at ſine circumciſione atque oblatione in Eccleſiam atque Chriſtianiſmi ſecum conſortium admitti, adeoque Proſelytorum juſti-

(b) Selden. d. l. ult. c. 12. p. 885. 886.

juſtitiæ inſtar ſola ex *Regeneratione* haberi; ne aliquid ex patriis ritibus, quorum tam obſtinata ipſis religio, neglexiſſe viderentur, etiam genitalia iſtis circumcidi, & quoad cetera quoque, Moſaicis legibus adſtringi vellent, circumciſionem maximè urgentes, ſine qua ſanctam iſtam ſocietatem ne contrahi quidem atque iniri poſſe, mori majorum adeò intenti, credebant. Verùm Apoſtolos, & qui concilio intererant, permiſſa, firmataque Chriſtianis è Gentilitate, qua adhuc usque uſi, libertate, immunitatem ab iſta initiationis moleſtia præſtitiſſe, ad Proſelytos ſolum Judaiſmi quondam pertinentis. Egregia conjectura, atque Seldeno digna, & cui aſſenſum facilè commodaveris, ſive eam ex

Et jam dudum ab Auguſtino.

ex Auguſtino Seldenus, ſive ſuopte ingenio hauſerit; cujus equidem apud iſtum quoque haud obſcura veſtigia deprehendere licet, qui (c) animadvertens, quanto Chriſtianæ religionis detrimento futurum fuerat, Gentiles, à Circumciſione imprimis adhorrentes, eò adactos velle, ut more priſtino proſelyti fierent; *Cùm ergo*, ſubjungit, *ſic venirent ad fidem, ut jam ex gentibus venire oportebat, non intelligentes qui ex circumciſione venerant, cur ſibi illa permiſſa eſſent, & cur gentibus imponenda non eſſent, quibusdam carnalibus ſeditionibus cœperant eccleſiam perturbare, quod Gentiles ad Dei populum accedentes, non ſolenniter proſelyti fierent, in carnis*

(c) Auguſtin. cont. Fauſt. Manich. d. lic. 19. Cap. 17.

carnis circumciſione, & ceteris hujusmodi obſervationibus legis: atque in his erant, qui hoc ideo fieri magnopere inſiſtebant, quia timebant Judæos, inter quos verſabantur.

X. Et vero quo conſilio, quo diſcrimine, qua denique prudentia, etiam poſt Chriſtum Orbi prædicari cœptum, iſtud quicquid erat, veterum Ceremoniarum Judæis aut etiam Gentilibus, ſeſe Eccleſiæ aggregantibus, aut permiſerint aut interdixerint Apoſtoli, operæ, niſi fallor, pretium eſt, ipſius Auguſtini verbis, quamvis aliquantum prolixioribus, addiſcere, *Primis*, inquientis, *Chriſtianis, qui ex Judæis crediderant, donec contra diuturnam conſuetudinem paulatim perſuaderentur, atque ad intelle-*

Auguſtini ulterior inquiſitio in rationem hujus conſtitutionis.

tellectum perfectum perducerentur, & quia nati erant atque inſtituti, ſiverunt eos Apoſtoli patrium ritum traditionemque ſervare: & eos, quibus hoc opus erat, ut congruerent illorum, tarditati moribusq́; monuerunt. Inde eſt, quod Timotheum Judæa matre & Græco patre natum, propter illas, ad quas tales cum eo venerant, etiam circumcidit Apoſtolus: atq; ipſe inter eos morem hujusmodi cuſtodivit, non ſimulatione fallaci, ſed conſilio prudenti. Ejusque rei rationem ulterius redditurus. *Neque enim,* pergit, *ita natis & ita inſtitutis noxia erant iſta, quamvis jam non eſſent ſignificandis futu-*

ris neceſſaria: magis quippe noxium erat, ea tanquam noxia probibere in his omnibus, usque ad quos durare debuerunt: quoniam Chriſtus, qui omnes illas prophetias implere venerat, ſic eos initiatos invenerat, ut jam de cœtero, qui nulla tali neceſſitudine tenerentur, ſed ex diverſo veluti pariete, id eſt ex præputio, ad illum angularem lapidem, qui eſt Chriſtus, convenirent, ad nulla talia cogerentur. Et quantum interfuerat, ſuapte ſponte, iſtorum tantum in gratiam, & vitandæ horum offenſioni, eadem aut pati aut facere, qui ita nati, ritus quibus innutriti erant, ægrè omittebant, aut verò in eo ſibi poſitam ſpem ſalutis arbitrari. *Si autem*, adjicit, *iis, qui ex circumciſione venerant,*

 rant,

rant, talibusque ſacramentis adhuc deditierant, ultro vellent, ſicut Timotheus, conferre congruentiam, non prohiberẽtur: verum ſi in bujusmodi legis operibus putarent ſuam ſpem ſalutemq; contineri, tanquam à certa pernicie vetarentur. Atque hinc ad Concilium noſtrum Hieroſolymitanum progreſſus, eodem temperamento Apoſtolos uſos oſtendens: *Sed poſtquam in unum Apoſtoli congregati, etiam conſilio ſuo cenſuerunt, gentes ad hujusmodi opera legis non eſſe cogendas, diſplicuit quibusdam ex circumciſione Chriſtianis, non valentibus mente diſcernere, illos ſolos ab hujusmodi obſervationibus non fuiſſe probibendos,*

quos

quos fides, quæ revelata eſt, his jam imbutos invenerat: ut in eis jam conſummaretur ipſa actio prophetica, quos ante adimpletionem prophetiæ jam tenuerat: ne ſi & ab ipſis removeretur, improbata potius quàm terminata videretur, ſi aut & gentibus imponeretur, aut non Chriſti promittendi cauſa inſtituta eſſe, aut adhuc Chriſtum promittere putaretur. Primus itaq; populus Dei, antequam Chriſtus veniret legem Prophetasque adimplere, illa omnia, quæ hunc promittebant, obſervare jubebatur: liber in eis, qui hæc quò pertinerent, intelligebant: ſervus autem in eis, qui hoc non intelligebant. Poſterior verò populus accedens

ad fidem, quo jam Chriſtus veniſſe, paſſus eſſe, ac reſurrexiſſe prædicabatur, in his quidem hominibus, quos jam talibus ſacramentis inſtitutos eadem fides invenerat, nec cogebatur iſta obſervare, nec probibebatur. In iis autem qui talibus vacui, nulla generis, nulla conſuctudinis vel congruentiæ neceſſitudine retenti crediderant; etiam prohibebatur: ut per eos jam inciperet apparere, illa omnia propter promittendum Chriſtum fuiſſe inſtituta, quo veniente, atque hæc promiſſa adimplente, jam oportere ceſſare.

Ratio temperamenti XI. Ne tamen omnino ſe neglectos quererentur Judaicæ originis Chriſtiani, ea ineunda erat ratio, qua etiam his, ſatis, ſi poſſet,

poſſet, fieret, neque gentilibus nimio oneri cederet, iſtis religionis communione ſociari. Atque hinc causâ ſatis diſceptatâ expensâque placuit tandem, Gentiles, qui Chriſto nomina dederant, quamvis ceterà Moſaicis legibus ceremoniisque ſolutos, eo tamen libertatis modo uti, ne Idolothytis, ſangvine & ſuffocato, Judæis adeò faſtiditis, veſcerentur.

DE
IDOLOTHYTIS.

XII. Et verò quod ad Idolothyta ſpectat, gravis certè ratio ſuberat, ab epulis iſtis, tantum ex ſuperſtitione gentili trahentibus, Chriſtianos cohiberi. Notum in vulgus eſt, quâm turpiter Idololatriæ crimine pleræque extra Ebræos Nationes laboraverint, non barba- *Idololatriæ conditio atque varietas.*

barbaræ tantum ingenioque obtuſæ, aut uſu atque educatione ad omnem pravitatem exercitæ, ſed Ægyptii etiam, Græci, Romani, præ aliis ſibi ſapuiſſe ſuo ferè jure viſi, atq; ſapientiæ, probitatisque ſtudidium ambitiosè non ſine contemptu reliquorum profeſſi; eò, quantumcunque ſibi aut ingenii prærogativâ, aut morum integritate placerent, dementiæ impietatisque delapſi, ut fœdiſſima Μεταμώρφοσει, atq; hominum etiam poſtremis pudendâ, màjeſtatem ſupremi Numinis, ad res ab ipſo creatas transferrent, Deosque ſibi adſciſcerent, non homines tantùm pridem defunctos, irritæq; Deitatis vel ipſa mortis, quam obierant, neceſſitate convictos, ſed & animantia, aliaque extra animantium cenſum poſita, ingenti

genti iſtorum dedecore, qui conditionis ſuæ immemores, ſibi anteponebant res tanto viliores, in Numinis juxta ſuosque honores injurii: Idololatriæ vocabulo infamis vecordia, quo quamvis iſte cultus tantùm deſignari videatur, quo ſimulacra ſive hominum, ſive quorumcunque, Deorum loco habitorum, venerabatur veſana impietas, ex quo etiam nomini origo, tamen iſte etiam continetur, quem cuicunque rei, quamvis nullam ad imaginem expreſſæ, habebant. (d) Ita non minus Idololatrarũ claſſe cenſentur Chaldæi ignem, Perſæ ſolem, Ægyptii Mnevin aut Apin, boves ſuis notis inſignes, (e) quàm qui Jovem per vari-

(d) Tertull. de Idol. c. 3. (e) Lucian. de ſacrif. inſin. Tom. 1. p. 370.

as effigies deformatum, aut Neptunum Tridente, citharâ Apollinem, Mercurium petaſo, aut Æſculapium barbâ inſignem in auro, ebore, aut quacunque materia pretioſius viliusve adorarent. *Idolum etenim*, uti commodè hanc in ſententiam Tertullianus, (f) *aliquandiu non erat, prius quàm hujus monſtri artifices ebulliſſent, ſola templa & vacuæ ædes erant, ſicut in hodiernum quibusdam locis vetuſtatis veſtigia permanent. Tamen Idololatria agebatur, non in iſto nomine, ſed in opere. Nam & hodie*

Panis idololatriæ, dæmonum participatio eſſe monſtratur Hieron. in 1. Corinth. X. 16. ſi cum idololatris de uno pane comedimus, unum cum illis corpus efficimur. ad Verſ. 17. add. ad verſ. 25. ad Tit. I. 15.

(f) Tertull. de Idolol.

die extra templum & ſine Idolo agi poteſt.

XIII. Neq; iſtos ſolùm ſibi vindicabat Idololatria, *tam inimicum*, uti eleganter iterum Tertullianus, *Deo nomen*, qui expreſſo aliquo cultûs genere ſuum in verum Numen impietatem exercebant, ſed & qui quacunque ratione ſocios ſeſe comites aut adjutores nefariæ religioni præbuiſſent; qua quidem in re etiam Chriſtianos ſui ævi Idololatriæ haud rarò affines fuiſſe, obſervat; ut quæ crebrò ſervos Dei aut ignorata aut etiam diſſimulata ſubverterit. Plerique videlicet, obſervante atque arguente Tertulliano, Idololatriam ſimpliciter eam eſſe interpretabantur, ſi quis ad Aram Deaſtro ſacram aut thus adoleret, aut immolaret victimam, aut ſacris aliquibus ſacerdoti-

Appendices atque communicatio.

dotiisve obligaretur; perinde ac ſi quis in oſculis tantùm, amplexibus, ipſoque coitu adulterium collocaret, quod etiam oculo libidinosè impacto, animique deſiderio patrari, Chriſtus monuit, optimus ſuarum legum interpres; aut quaſi humanæ cædis crimine non alii tenerentur, quàm qui hominem ferro ſuſtuliſſent, quod etiam ad convitii improbitatem, aut quemcunque iræ, aut charitatem etiam negligentius cultam, referri, eodem magiſtro didicimus. Simili videlicet modo Idololatriâ ſe contaminabat etiam is, qui quamvis à cultu iſto atque ſacrificiis alienus, auctoritate tamen, ſumptibus, præſentiâ, quacunque denique ratione juvabat. Ita (g) quo-

(g) Tertull. c. 8. 11. 13. 17. & de ſpectac. cap. 1-13.

quocunque animo, atque alio quovis quàm ad ſacra iſta ornanda intento, templis, aris, delubris in honorem Deorum exſtruendis navare operam, mercibus ad Idololatriam pertinentibus negotiari, ludos in gratiam iſtorum inſtitutos aut ſuis edere ſumptibus, aut aliorum impenſa editis intereſſe, feſtos dies agere celebrandis iis dicatos, jam ſatis erat ad contrahendum cultûs ſuperſtitioſi crimen, à quo integros ſeſe jactare non licebat iis, qui licet diverſo conſilio, atque mente utcunque à Diis futilibus averſa, quocunque tamen modo auctiorem ornatioremque reddidiſſent. Neque enim à labe iſta immunia eſſe poterant, tanta ei affinitate aut vicinitate conjuncta; & ſi non ſacrificia, *Ad Sacrificii* (Tertullianeo vo-
 cabu-

cabulo, lectioni ſuæ reſtituto) (h)) tamen loco cenſenda, vitio ſcilicet rei, cui inſtruendæ, promovendæ, celebrandæve impendebantur, affecta. Neque cujuscunque ſceleris integrum eſſe, qui conſilium, opẽ, aſſenſum commodaverit, etiam Philoſophorum atque Juris Conſultorum doctrinâ receptum eſt, delictum aliquando tantum non prohibèndo committi, fatentium.

De eo, qui ſacrificio intereſt.

XIV. Neque tamen Idololatriæ crimen erat, ſacrificiis iſtis præſentem adfuiſſe, re fortè ita comparata, ut non ad colendos Deos, ſed humanum quoddam atque civile officium non inhoneſtum ſpectaret, quamvis ei ſacrificium adhiberent

(h) Jac. Gothofr. Epiſt. de interd. Chriſtian. cum Gentil. commun. p. 24.

rent homines, Deos proſperando quod agebatur, negotio, pio magis conſilio quàm cultu propitiaturi. Malumus hæc Tertulliani rurſum, (i) (talium accuratiſſimi) quàm noſtris verbis explicare, *circa officia verò*, inquientis, *privatarum & communium ſolemnitatum, ut togæ puræ*, (quam nempe ſolenni fermè ritu accipiebant, prætextâ puerili depoſitâ, adoleſcentes annum ætatis decimum ſeptimúm ingreſſi,) *ut ſponſalium, ut nuptialium, ut nominalium*, (quibus nomen puero imponebatur,) *nullum putem periculum obſervari de ſtatu Idololatriæ, quæ intervenit: cauſæ enim ſunt conſiderandæ, quibus præſtatur officium. Eas mundas eſſe opinor per ſemetipſas, quia neque veſtitus virilis, neque an-*

(i) Tertull. de Idol. c. 16.

nulus aut conjunctio maritalis, de alicujus Idoli honore deſcendit.--Nuptias quoque celebrari non magis Deus prohibet quàm nomen imponi. Sed his (ſibi ipſi objicit Tertullianus,) *accommodantur ſacrificia.* Ad quod reſpondet: *ſi in vocatu nec in ſacrificiis ſit titulus officii, & operæ meæ expunctio, quid tum? ſi libet. Utinam quidem nec videre poſſimus; quæ facere nobis nefas eſt. Sed quoniam ita malis circumdedit ſeculum Idololatria, licebit adeſſe in quibusdam, quæ nos homini non Idolo officioſos habent. Planè ad Sacerdotium & Sacrificium vocatus non ibo (proprium enim Idoli officium eſt) ſed neque conſilio neque ſumptu, aliáve opera in ejusmodi fungar.* Atque hæc talia eſſe, quæ ſolo animo æſtimaren-

marentur, indicans, *Si*, adjungit, *propter Sacrificium vocatus adſiſtam, ero particeps Idololatriæ: ſi me alia cauſa conjungit ſacrificanti, ero tantùm ſpectator ſacrificii.* Quin aliquando etiam celebritati in reverentiam Deorum inſtitutæ præſentiam ſuam commodantes, ab Idololatriæ conſortio officii ratio atque neceſſitas abſolvebat. Tertullianus quantum, hîc liceat homini Chriſtiano, pietatis pariter in Deum, atq; in principem (k) obſequii memori, definiturus: *Ceterùm quid facient ſervi vel liberi fideles, item officiales ſacrificantibus dominis vel patronis vel præſidibus ſuis adhærentes? Sed ſi merum quis ſacrificanti tradiderit, imò ſi verbo quoque aliquo ſacri-*

(k) Cap. 17.

crificio neceſſario adjuverit, miniſter habebitur Idololatriæ. Hujus regulæ memores etiam magiſtratibus & poteſtatibus officium poſſumus reddere ſecundum patriarchas & ceteros majores, qui regibus (l) *Idololatris usque ad finem Idololatriæ* (peracti ſacrificii) *apparuerunt*. Qua ratione Naaman Regi ſuo in templo Rimmonis ſacra facienti, Valẽtinianus Juliano (m) Fortunæ fanũ ingreſſo, adſtitit, quantũ ab impietate iſta animo abeſſet, inflictâ alapâ æditui, luſtralem aquam aſpergenti inſpectante Imperatore, valido ſatis argumento & plus quam neceſſum erat, teſtatus. Quorum exem-

(l) 2. Reg. V.18.19. (m) Socr. H. E. III. 11, Chryſoſt. Tom. III. in Juvent. & Maxim. martyr. col. 937. 938.

exemplo religione ſeſe exolvere poterant Saxo aliique, eâ, quo minus Cæſari rem divinam Romano ritu celebraturo apparerent, ſe impediri non ſine offenſa hujus cauſati.

XV. Ne verò quid eorum, quæ ad rem noſtram curatius pernoſcendam attinent, quantum in nobis eſt, ignorari patiamur, iſtud etiã admonendum duximus, Duo(n) apud plerasqve gentes ſacrificiorũ genera fuiſſe, aut publicâ, ſcilicet totius Populi Civitatisve, aut privatâ quadam religione peracta. Publicis, communi totius populi religione celebratis celebrandisve nulla forſan immorandi cauſa eſt. At non æquè inutile fuerit aliqua de Privatis adferre. XVI. Ex-

Sacrificiorum genera duo; Publica.

(n) De Romanis Dionyſ. Halic. Lib. 1. p. 125. Sigon. de ant. Jur. Civ. Rom. Lib. I. c. 8.

& Privata. Romanorum.

XVI. Extat inter leges, ad quas rempublicam ſuam formari gubernarique volebat Cicero,(o) inter alia ad religionem ſpectantia hæc quoque: *Conſtructa à Patribus delubra habento. Ritus familiæ patrumque ſervanto.* Atque eandem in rem alia: *ſacra privata perpetua manento.* Eumque cultum ratione quadam commendaturus: *Ritus familiæ patrumque ſervari, id eſt, quoniam antiquitas proximè accedit ad Deos, à Diis quaſi traditam religionem tueri.* Atqui poſteriorem iſtam de perpetuitate ſacrorum privatorum legem declarans, (p) *De ſacris*, inquit,

(o) Cic. de LL. II.8.(p)c.19.

quit, *hæc ſit una ſententia, ut conſerventur ſemper, & deinceps familiis prodantur, & perpetua ſint ſacra hîc poſita.* Eorumque continuandorum rationem à Pontificibus excogitatam oſtendit: *Hæc*, dicere pergit, *jura Pontificum auctoritatem conſecuta ſunt, ut ne morte patrisfamiliâs ſacrorum memoria occideret, & iis eſſet adjuncta, ad quos ejusdem morte pecunia venerit.* Inde propius indicaturus, qui jure Pontificio ſacris familiæ adſtringantur, *Heredum*, incipit, *cauſa juſtiſſima eſt: nulla eſt enim perſona, quæ ad vicem ejus, qui è vita emigraverit, propius accedat*; Ordinem amplius pertexens,

texens, quo per gradus ſervandorum iſta ſacrorum neceſſitas obligatioque decurrat, ſubjunctis etiam modis, JCtorum calliditate repertis, quibus qui pecuniam cepiſſet, ſacrorum tamen curandorum moleſtiâ liberaretur. Pertinet huc iſtud Ciceronis (q) Clodium increpantis, quòd is alienâ in domo ad ſacra Bonæ Deæ, quibus intereſſe viris nefas erat, ſeſe penetraverat: *Quid tibi neceſſe fuit, --- ſacrificium, quod alienæ domi fieret, inviſere? --- Quem unquam audiſti majorum tuorum, qui & ſacra privata coluerunt, --- cùm ſacrificium Bonæ Deæ fieret, interfuiſſe?* Et paulò poſt eundem inceſſens, Domum ipſius conſecratione publica religione

(q) Pro Domo ſua.

ne obligare auſum: *Jus igitur ſtatuetis eſſe*, (Pontifices alloquitur,) *unius cujusque veſtrûm ſedes, aras, focos, Deos penates ſubjectos eſſe libidini Tribunitiæ?* Atque inferius iterum ad Clodium ſermone converſus: *Iſta tua pulchra Libertas*, (ſimulachrum Libertatis à Clodio in ædibus Ciceronis collocatum,) *Deos penates, & familiares meos Lares expulit, ut à te ipſa tanquam in captivis ſedibus collocaretur? quid eſt ſanctius, quid omni religione munitius, quam domus uniuscujusque civium? hîc aræ ſunt, hîc foci hîc Dii penates, hîc ſanctæ religionis ceremoniæ continentur.* Celebre hujus cultus ſpecimen præbet Fabiæ Gentis

ſacri-

ſacrificium, quod ſtato die in Quirinali colle peragendum, ne interrumperetur, C. Fabius Dorſo, ad id faciendum de Capitolio, quod ſolum Romanis ſupererat, per medias Gallorum, tôtam urbem obtinentium, ſtationes egreſſus, in Quirinalem collem pervenit; eâdem conſtantiâ, atque in Deos, quorum cultum ne mortis quidem metu prohibitus deſeruerat, fiduciâ, peractis ſolenniter ſacris, in Capitolium ad ſuos reverſus; uti de eo (r) Livius, Florus, Valerius Max. atque Halicarnaſſeus memoriæ tradidere. Apud eundem, quem poſtremum nominavimus, Halicarnaſſeum C. Claudius Deos obteſtatur, *σῶν*, ut ipſe de ſe ſuisque adjicit, *ἱερὰ καὶ βωμοὺς κοινοὺς*

(r) Liv. V. 46. 52. Flor. I. 12. Valer. Max. I. 1. n. 11. Halic. Lib. IX, p577.

κοιναῖς θυσίαις γεραίρομεν οἱ τῆς Ἄπηȣ γονεὰς, καὶ προγόνων δαίμονας, οἷς μετὰ θεοὺς δευτέρας τιμὰς καὶ χάριτας ἀποδίδομεν κοινὰς, quorum ſacra atque aras communibus ſacrificiis colimus, quibus ab Appio genus ducitur, atque majorum dæmones, quibus proximis poſt Deos communes honores gratiasque exhibemus. Sacrorum etiam piacularium Gentis Horatiæ (s) Livius, & ſacrificiorum Gentilitiorum in Dianæ ſacello in Cæliculo à pluribus Senatorum anniverſaria religione factitatorum Cicero (t) meminit; atque ſacra Parentum communia fratribus

(s) Liv. l.16. (t) Cic. de haruſp. reſp. p. 261.

bus Plutarchus (u) obſervat. *Græcorum.* Neque id apud Romanos ſolùm obtinuit. Socrates domi pariter ſuæ atque publicis Civitatis in aris ſacrificaſſe, in ejus defenſionem, contra adverſarios, novos Deos, aut potius ἀθεότητα exprobrantes, Xenophon (x) affert. Priſcis etiam Gallis non privata minus quam publica ſacrificia fuiſſe Druidum procurationi commiſſa (x) Cæſar auctor eſt. Atque tale fuit iſtud Gentis ſuæ ſacrificium, (z) quod abſentiæ ſuæ ab epulis regiis David, inſidioſas dapes effugiturus, obtendit. Atque ut hoc obiter adjiciamus, ex ſacris iſtis Genti-

(u) Plutarch. de fratern. amor. 481. (x) Xenophon. Memorabil. lib. I. Sur. pr. (y) Jul. Cæſ. de bell. Gall. lib. VI. p. 134. Edit. Amſtel. 1661. (z) I. Sam. XX. 6. 29.

tilitiis, (Bodino (a) quidem improbatis,) Jus Patronûs, Eccleſiis noſtris adeò frequentatum, originem traxiſſe, Ignatius Lopezius conjicere auſus eſt, C. Klockio (b) citatus, cujus quidem ſuſpicionem noſtram facere, nobis haud integrum fuerit.

XVII. At verò ſive publicè ſeu privatim ſacra facientes moris erat, parte hoſtiæ, quam obtulerant, veſci, niſi tales eſſent, quæ igne totæ concremandæ (unde *holocauſtorum* vocabulum inditum) (c) Deo tantum, cui immolabantur, cedebant, humana (ita Philo) cupiditate nihil inde uſurpante. Idque etiam apud Hebræos non

Mos, ex ſacrificiis veſcendi.

Hebræorum.

C

(a) Bodin. de Reip. 1. c. 2. in fin.
(b) C. Klock. Conſil. 50. n. 107.
(c) Philo. de victim. p. 648.

non obſervatum tantum conſvetudine, ſed & expreſsâ Numinis lege (d) præceptum. Ita (e) ab Helcana ſtatis temporibus æde ſacra, quæ Silounte erat, rebus divinis operante, in in uxores liberosque diſtributa, quæ ex muneribus DEO oblatis decerpta, conſumerent. Tale præſertim epulum, (f) quod Silöenſibus atque Sauli, privato adhuc, at regno jam deſtinato, eoque poſtea rejecto atque Davide deſignato ſucceſſore (g) Bethlehemitis Samuel præbuit. Eumque (ut Chriſtianorum Agapas omittamus ex Hebræorum forſan inſtituto profectas)

(d) Levit. XIX. 6. & ſeqq. Deuter. XIV. 23. (e) 1. Sam. I. 3. & ſeqq. add. Exod. XIIV. 12. (f) 1. Sam. IX. (g) 1. Sam. XVI. 3. & ſeqq.

Gentilium.

ctas,) ut in pleriſque morem imitati Gentiles (i) (niſi forte cum Jo. Spencero (k) è Gentilium inſtitutis Deum iſta hauſiſſe exiſtimes,) & ipſi ita Diis atque Sacerdotibus ſacrabant hoſtias, ut ſui quoque rationem haberent, nunquam genio magis indulgentes, quàm ubi Numen, quod ſibi animo fingebant, cæsâ victimâ celebrarent. Ita (l) Sichemenſes, quos poſt vindemiam delúbrum Dei ſui (Bacchi fortean, vinearum tuendarum provinciam inter ceteros ſuæ conditionis Deos ſortiti,) ingreſſos, atque inter epulas mala quæque ſibi precantes inopinatu

(i) J. M. Dilherr. de Cacozel. Gentil. Part, Special. c. 2. & ſeqq. (k) Spencer. de LL. Hebr. ritual. 3. Diſſert. 1. alleg. Act. Lipſ. Erud. A. 1686. p. 118. (l) Judic. IX. 27. 28.

adventu Abimelecus oppreſſit. Ita etiam (m) Moabitæ, à quibus invitati Israelitæ, puellarum maximè illecti blanditiis, & formarum forſan tam elegantium quàm comeſſationis cupidiores, feſti celebritatem auxére, ingenti clade experti, quanto periculo ſit profanis dapibus veſci, diſertiſſima Dei ſanctione prohibitis. Atque inter flagitia Tribuum, quæ Davidicæ Domûs imperium exoſæ peculiare in regnum ſeceſſerant, (n) recenſetur transacti hilares ad aras, obæratorum impendio, dies, atque adornata in fanis Deorum, undequaque ferè accitorum, convivia.

Profecta ex quacunque pecude mactata. XIIX. Et quidem ea homines pravè religioſos occupaverat ſuperſtitio, ut haud facile à quo-

(m) Num. XXV. 2. (n) Amos II. 8.

quoquam animal domeſticum in uſum mactaretur, quin ejus aliquam partem Deo cuipiam conſecraret, ut religionis negligentiores haberentur, qui ſecus facerent, Deos ſcilicet convivas dedignantes, eam ipſam ob rem opprobrio ἄθυτα ἱερὰ καλλιερούντων ad id reperto notati, unde etiam Græcis Scriptoribus ἱερείων nomine quævis ſive ad ſacra facienda ſive domeſticum in uſum (o) mactata animalia appellata (p) Caſaubonus atq; Salmaſius monent. Pars iſta Extorum in aram vel focum paſcendis ſcil. Diis data,

(o) Fr. Bormann. Exerc. part. II. Diſp. VIII. de Synagog. Phil. de victim. (p) Caſaub. Animadv. in Athenæ. l. 11. Salmaſ. cit. Balduin. à Wat. ad Act. Apoſt. X. 29. Arnol. Montan. de Eſu Carn. 1. 8. junct. p. 14. Grot. ad Eund. in Act. Apoſt. XV. 20.

Græcis Ἀκροθίνια, Latinis *Proſecta* aut *Proſicia* dicebatur, per quam reliquam quoque, hominum aut uſui aut voluptati relictam ſacram cenſebant. Apud Plautum(q) Ballio Leno, ſuam ipſe aviditatem celebrans & quàm omni religione potior ſibi impuriſſimi quæſtûs cupiditas ſit:

Si ſacrificem ſummo Jovi,
(r) Atque in manibus exta teneam, ut porriciam, interea loci,
Si lucri quid detur, potius rem divinam deſeram.

Atqve Calidorus Adoleſcens lenonem ſibi jam faventem magis propitiaturus:

Pſeudole, arceſſe hoſtias,
Victimas, lanios? ut ego huic ſacruficem ſummo Jovi:
Nam hic mihi nunc eſt multo potior Juppiter, quàm Juppiter.

No-

(q) Plaut. Pſeudol. Act. ſc. 3.
(r) d. ſc.

BALL. Nolo victimas: agninis me
extis placari volo.
CA. Propera quid ſtas? arceſſe
agnos, audin' quid ait Juppiter.
PS. Jam hîc ero: verùm extra
portam
Mediam currendum eſt prius.
CA. Quid eò? PS. Lanios inde ar-
ceſſam duos cum titinnabulis
Eadem duos greges virgarum
inde ulmearum adegero,
Ut hodie ad litationem huic
ſuppetat ſatias Jovi.
In malam crucem iſtic ibit Jup-
piter lenonius.

Ovidius ita: (s)

Feſta dies aderat, qua cygni
victor Achilles
Pallada mactata placabat ſan-
gvine vacca,
Cujus ut impoſuit proſecta ca-
lentibus aris
Et Diis acceptus penetravit in
æthera nidor:

 Sa-

(s) Ovid. Metam. XII. Fab. 4. ſub pr. §. ubi Farnab.

Sacra tulere ſuam, pars eſt data cœtera menſis.
Diſcubuere toris proceres & corpora toſta
Carne replent vinoque levant curasque ſitimque.

Epula in ipſis templis.

XIX. Neqve tamen una colendorum tam liberaliter Deorum ratio erat, ſæpè factis in templo ſacris in ipſo εἰδωλείῳ epulabantur. Pertinent huc, quæ de Tibicinibus refert *Livius*, (t) à Cenſoribus (incertum qua de cauſa) in æde Jovis veſci prohibitis; reſtituto poſtea hactenus jure, ut ſaltem iis in æde veſcendi facultas eſſet, qui ſacris præcinerent. Quò etiam forſan referre licet id, quod de Potitiis atqve Pinariis familia quondam priſca in Italia inclytis Dionyſius Halicarnaſſus (u) atqve Livius (x) me-

(t) Liv. IX. (u) Dionyſ. Halic. Antiq. Rom. Lib. I. 32. (x) Liv, I. 7.

memorant; quorum iſti cùm ad ſacrum Herculis ab Evandro regionis principe factum, ad tempus præſto eſſent, iisque exta apponerentur, Pinarii his jam adeſis ad ceteram dapem venirent, iſtud in pœnam horum conſtitutum, ne cuiquam ex horum familia extis veſci liceret. Ita (in templo ſcil. uti par, neque enim alibi id magis quàm in æde Diis ſacra decuerat) Jupiter cum duodecim Diis ab Æthiopibus, (teſte Homero, & referente per ludibrium Luciano) (y) magnificis epulis exceptus, per duodecim dies protractis. Atque hinc ex adverſo Dianæ ab Oeneo, cùm ceteros Deos ad ſacrificium vocaſſet, neglectæ, domique iſtis ad convivium cœlo profectis, deſidentis querelæ,

C 5 at-

(y) Lucian. de Sacrif. ſub pr. Tom. 1. p. 362.

atque in convivatorem iræ, ingenti hujus totiusque regionis clade piatæ. Tantum non illiberalius Pana ſuum Athenienſes habuerint, ſi, quod is apud Lucianum (z) Juſtitiæ à Jovæ Athenas ad certa negotia miſſæ conditionem, qua apud iſtos utatur, commemorans queritur, non alias præſtitorum in depellendis barbaris, Marathonem usque jam progreſſis, officiorum ab iis retulit grates, quàm quòd bis terve quotannis aſcendentes, hircum graviſſimè olentem ſibi ſacrificarent; carnes ipſi devorantes, illum lætitiæ tantùm veluti teſtem adhiberent, tenui quodam ſolùm honorantes applauſu, ut jam excepto hoc, nihil ad ſe pertineant ſacra iſta ipſius honori deſtinata, quàm quòd epulantium riſu luſuqve

&

(z) Bis accuſ. Tom. 2. p. 219.

& ipſe aliquantum animum oblectet. Atque huc ſpectat quod in Flacco Ægypti Præſide laudat Philo; (a) Quòd prohibuerit cœtus promiſcuæ multitudinis, ſublatis etiam ſodalitiis, quæ prætextu ſacrorum mero vacabant & crapulæ. Apud (b) Plautum Cappadox leno ob puellam parvulo ære emptam grates Diis, Lucelli auctoribus redditurus:

Quando benè geſſi rem, volo
hîc in fano ſupplicare.
Nam illam minis olim decem
puellam parvulam,
Sed eum qui mihi vendidit illã,
nunquam poſt illa vidi:
Periiſſe credo, quid id meâ refert? ego argentum habeo.
Quo homini Dei ſunt propitii,
lucrum ei profectò objiciunt.
Nunc rei divinæ operam dabo:
certum eſt bene me curare.

 At-

(a) Philo in Flacc. (b) *Curcul. Act. 4. ſc. 2. in fin.*

Atque hinc ante Jovis cellam, propoſita convivis vaſa fictilia à Tuberone, peragendo ſcilicet ſacro convivio, Seneca (c) memorat; qui etiam alibi cœnam publicam appellat. Ita, Valentis adhuc tempore, omnibus, præterquam Chriſtianis ab Ario disſidentibus, liberam exercendarum religionum copiam indulgentis, ſimulacra libationibus culta, & publica in foro epula data, Theodoritus (d) autor eſt. Spectant huc fortè iſta Synceraſti ſervi Lenonis apud Plautum: (e)

Nunc domum hæc ab æde Veneris refero vaſa, ubi hoſtiis
Herus nequivit propitiare Venerem ſuo feſto die.

Vbi obiter notandum, quod de Tiberio, antiquæ parcimoniæ Prin-

(c) Sen. Ep. 95. ſub fin. & Ep. 98. (d) Theodorit. H. E. 25. (e) Plaut. Poenul. Act. IV. ſc. 2.

Principe, recenſet Dio Casſius, (f) qui nimium utenſilium luxum indies gliſcentem cohibiturus, Ne quis aureis vaſis, niſi in ſacris, uteretur, edicto vetuerit; Quo equidem Tuberoni opus non fuerat, fictilibus, etiam in colendis Diis contento. Cui ſimilem ſeſe præſtitit Tyndarus Plautinus (g) callido equidem conſilio; quod indicans Philocrates atque hominis avaritiam animumque nemini fidentem deſcribens:

Genio ſuo ubi quando ſacruficat,
Ad rem divinam quibus eſt opus
Samiis vaſis utitur.
Ne ipſe Genius ſurripiat.

Atque iſtud, de quo hactenus, ſacrificii genus, publica videlicet celebritate peracti, à Cypria-

(f) Dio Casſ. Lib. 57. (g) Plaut. Captiv. Act. 2, ſc. 2.

texens, quo per gradus ſervandorum iſta ſacrorum neceſſitas obligatioque decurrat, ſubjunctis etiam modis, JCtorum calliditate repertis, quibus qui pecuniam cepiſſet, ſacrorum tamen curandorum moleſtiâ liberaretur. Pertinet huc iſtud Ciceronis (q) Clodium increpantis, quòd is alienā in domo ad ſacra Bonæ Deæ, quibus intereſſe viris nefas erat, ſeſe penetraverat: *Quid tibi neceſſe fuit, ---ſacrificium, quod alienæ domi fieret, inviſere? --- Quem unquam audiſti majorum tuorum, qui & ſacra privata coluerunt, --- cùm ſacrificium Bonæ Deæ fieret, interfuiſſe?* Et paulò poſt eundem inceſſens, Domum ipſius conſecratione publica religione

(q) Pro Domo ſua.

ne obligare auſum: *Jus igitur ſtatuetis eſſe*, (Pontifices alloquitur,) *unius cujusque veſtrûm ſedes, aras, focos, Deos penates ſubjectos eſſe libidini Tribunitiæ?* Atque inferius iterum ad Clodium ſermone converſus: *Iſta tua pulchra Libertas*, (ſimulachrum Libertatis à Clodio in ædibus Ciceronis collocatum,) *Deos penates, & familiares meos Lares expulit, ut à te ipſa tanquam in captivis ſedibus collocaretur? quid eſt ſanctius, quid omni religione munitius, quam domus uniuscujusque civium? hîc aræ ſunt, hîc foci hîc Dii penates, hîc ſanctæ religionis ceremoniæ continentur.* Celebre hujus cultus ſpecimen præbet Fabiæ Gentis
ſacri-

ſacrificium, quod ſtato die in Quirinali colle peragendum, ne interrumperetur, C. Fabius Dorſo, ad id faciendum de Capitolio, quod ſolum Romanis ſupererat, per medias Gallorum, tôtam urbem obtinentium, ſtationes egreſſus, in Quirinalem collem pervenit; eâdem conſtantiâ, atque in Deos, quorum cultum ne mortis quidem metu prohibitus deſeruerat, fiduciâ, peractis ſolenniter ſacris, in Capitolium ad ſuos reverſus; uti de eo (r) Livius, Florus, Valerius Max. atque Halicarnaſſeus memoriæ tradidere. Apud eundem, quem poſtremum nominavimus, Halicarnaſſeum C. Claudius Deos obteſtatur, σφῶν, ut ipſe de ſe ſuisque adjicit, ἱερὰ καὶ βωμοὺς

κοινοὺς

(r) Liv. V. 46. 52. Flor. I. 12. Valer. Max. I. 1. n. 11. Halic. Lib. IX, p577.

κοιναῖς θυσίαις γεραίρομεν οἱ τῆς Ἄππης γονέας, καὶ προγόνων δαίμονας, οἷς μετὰ θεοὺς δευτέρας τιμὰς καὶ χάριτας ἀποδίδομεν κοινάς, *quorum ſacra atque aras communibus ſacrificiis colimus, quibus ab Appio genus ducitur, atque majorum dæmones, quibus proximis poſt Deos communes honores gratiasque exbibemus.* Sacrorum etiam piacularium Gentis Horatiæ (s) Livius, & ſacrificiorum Gentilitiorum in Dianæ ſacello in Cæliculo à pluribus Senatorum anniverſaria religione factitatorum Cicero (t) meminit; atque ſacra Parentum communia fratribus

(s) Liv. l.16. (t) Cic. de haruſp. reſp. p. 261.

bus Plutarchus (u) obſervat. *Græcorum.* Neque id apud Romanos ſolùm obtinuit. Socrates domi pariter ſuæ atque publicis Civitatis in aris ſacrificaſſe, in ejus defenſionem, contra adverſarios, novos Deos, aut potius ἀθεότητα exprobrantes, Xenophon (x) affert. Priſcis etiam Gallis non privata minus quam publica ſacrificia fuiſſe Druidum procurationi commiſſa (x) Cæſar auctor eſt. Atque tale fuit iſtud Gentis ſuæ ſacrificium, (z) quod abſentiæ ſuæ ab epulis regiis David, inſidioſas dapes effugiturus, obtendit. Atque ut hoc obiter adjiciamus, ex ſacris iſtis Genti-

(u) Plutarch. de fratern. amor. 481. (x) Xenophon. Memorabil. lib. 1. Sur. pr. (y) Jul. Cæſ. de bell. Gall. lib. VI. p. 134. Edit. Amſtel. 1661. (z) 1. Sam. XX. 6. 29.

tilitiis,(Bodino (a) quidem improbatis,) Jus Patronûs, Eccleſiis noſtris adeò frequentatum, originem traxiſſe, Ignatius Lopezius conjicere auſus eſt, C. Klockio (b) citatus, cujus quidem ſuſpicionem noſtram facere, nobis haud integrum fuerit.

XVII. At verò ſive publicè ſeu privatim ſacra facientes moris erat, parte hoſtiæ, quam obtulerant, veſci, niſi tales eſſent, quæ igne totæ concremandæ (unde *holocauſtorum* vocabulum inditum) (c) Deo tantum, cui immolabantur, cedebant, humana (ita Philo) cupiditáte nihil inde uſurpante. Idque etiam apud Hebræos non

Mos, ex ſacrificiis veſcendi.

Hebræorum.

C

(a) Bodin. de Reip. 1. c. 2. in fin.
(b) C. Klock. Conſil. 50. n. 107.
(c) Philo. de victim. p. 648.

non obſervatum tantum conſvetudine, ſed & expreſsâ Numinis lege (d) præceptum. Ita (e) ab Helcana ſtatis temporibus æde ſacra, quæ Silounte erat, rebus divinis operante, in in uxores liberosque diſtributa, quæ ex muneribus DEO oblatis decerpta, conſumerent. Tale præſertim epulum, (f) quod Silöenſibus atque Sauli, privato adhuc, at regno jam deſtinato, eoque poſtea rejecto atque Davide deſignato ſucceſſore (g) Bethlehemitis Samuel præbuit. Eumque (ut Chriſtianorum Agapas omittamus ex Hebræorum forſan inſtituto profectas,)

(d) Levit. XIX. 6. & ſeqq. Deuter. XIV. 23. (e) 1. Sam. I. 3. & ſeqq. add. Exod. XIIV. 12. (f) 1. Sam. IX. (g) 1. Sam. XVI. 3. & ſeqq.

Gentilium.

ctas,) ut in pleriſque morem imitati Gentiles (i) (niſi forte cum Jo. Spencero (k) è Gentilium inſtitutis Deum iſta hauſiſſe exiſtimes,) & ipſi ita Diis atque Sacerdotibus ſacrabant hoſtias, ut ſui quoque rationem haberent, nunquam genio magis indulgentes, quàm ubi Numen, quod ſibi animo fingebant, cæsâ victimâ celebrarent. Ita (l) Sichemenſes, quos poſt vindemiam delubrum Dei ſui (Bacchi fortean, vinearum tuendarum provinciam inter ceteros ſuæ conditionis Deos ſortiti,) ingreſſos, atque inter epulas mala quæque ſibi precantes inopinatu

(i) J. M. Dilherr. de Cacozel. Gentil. Part. Special. c. 2. & ſeqq. (k) Spencer. de LL. Hebr. ritual. 3. Diſſert. 1. alleg. Act. Lipſ. Erud. A. 1686. p. 118. (l) Judic. IX. 27. 28.

adventu Abimelecus oppreſſit. Ita etiam (m) Moabitæ, à quibus invitati Iſraelitæ, puellarum maximè illecti blanditiis, & formarum forſan tam elegantium quàm comeſſationis cupidiores, feſti celebritatem auxére, ingenti clade experti, quanto periculo ſit profanis dapibus veſci, diſertiſſima Dei ſanctione prohibitis. Atque inter flagitia Tribuum, quæ Davidicæ Domûs imperium exoſæ peculiare in regnum ſeceſſerant, (n) recenſetur tranſacti hilares ad aras, obæratorum impendio, dies, atque adornata in fanis Deorum, undequaque ferè accitorum, convivia.

Profecta ex quacunque pecude mactata.

XIIX. Et quidem ea homines pravè religioſos occupaverat ſuperſtitio, ut haud facile à quo-

(m) Num. XXV. 2. (n) Amos II. 8.

quoquam animal domeſticum in uſum mactaretur, quin ejus aliquam partem Deo cuipiam conſecraret, ut religionis negligentiores haberentur, qui ſecus facerent, Deos ſcilicet convivas dedignantes, eam ipſam ob rem opprobrio ἄθυτα ἱερὰ καὶ ἐϑώντων ad id reperto notati, unde etiam Græcis Scriptoribus ἱερείων nomine quævis ſive ad ſacra facienda ſive domeſticum in uſum (o) mactata animalia appellata (p) Caſaubonus atq; Salmaſius monent. Pars iſta Extorum in aram vel focum paſcendis ſcil. Diis data,

(o) Fr. Bormann. Exerc. part. II. Diſp. VIII. de Synagog. Phil. de victim. (p) Caſaub. Animadv. in Athenæ. l. 11. Salmaſ. cit. Balduin. à Wat. ad Act. Apoſt. X. 29. Arnol. Montan. de Eſu Carn. 1. 8. junct. p. 14. Grot. ad Eund. in Act. Apoſt. XV. 20.

Græcis Ἀκροθίνια, Latinis *Proſecta* aut *Proſicia* dicebatur, per quam reliquam quoque, hominum aut uſui aut voluptati relictam ſacram cenſebant. Apud Plautum(q) Ballio Leno, ſuam ipſe aviditatem celebrans & quàm omni religione potior ſibi impuriſſimi quæſtûs cupiditas ſit:

Si ſacrificem ſummo Jovi,
(r) Atque in manibus exta teneam, ut porriciam, interea loci,
Si lucri quid detur, potius rem divinam deſeram.

Atqve Calidorus Adoleſcens lenonem ſibi jam faventem magis propitiaturus:

Pſeudole, arceſſe hoſtias,
Victimas, lanios? ut ego huic ſacruficem ſummo Jovi:
Nam hic mihi nunc eſt multo potior Juppiter, quàm Juppiter.

No-

(q) Plaut. Pſeudol. Act. ſc. 3.
(r) d. ſc.

BALL. Nolo victimas: agninis me
extis placari volo.
CA. Propera quid ſtas? arceſſe
agnos, audin' quid ait Juppiter.
PS. Jam hîc ero: verùm extra
portam
Mediam currendum eſt prius.
CA. Quid eò? PS. Lanios inde ar-
ceſſam duos cum titinnabulis
Eadem duos grĕges virgarum
inde ulmearum adegero,
Ut hodie ad litationem huic
ſuppetat ſatias Jovi.
In malam crucem iſtic ibit Jup-
piter lenonius.

Ovidius ita: (s)

Feſta dies aderat, qua cygni
victor Achilles
Pallada mactata placabat ſan-
gvine vacca,
Cujus ut impoſuit proſecta ca-
lentibus aris
Et Diis acceptus penetravit in
æthera nidor:

(s) Ovid. Metam. XII. Fab. 4. ſub pr. §. ubi Farnab.

Sacra tulere ſuam, pars eſt data cœtera menſis.
Diſcubuere toris proceres & corpora toſta
Carne replent vinoque levant curasque ſitimque.

Epula in ipſis templis. XIX. Neqve tamen una colendorum tam liberaliter Deorum ratio erat, ſæpè factis in templo ſacris in ipſo εἰδωλείῳ epulabantur. Pertinent huc, quæ de Tibicinibus refert *Livius*, (t) à Cenſoribus (incertum qua de cauſa) in æde Jovis veſci prohibitis; reſtituto poſtea hactenus jure, ut ſaltem iis in æde veſcendi facultas eſſet, qui ſacris præcinerent. Quò etiam forſan referre licet id, quod de Potitiis atqve Pinariis familia quondam priſca in Italia inclytis Dionyſius Halicarnaſſus (u) atqve Livius (x) me-

(t) Liv. IX. (u) Dionyſ. Halic. Antiq. Rom. Lib. I. 32. (x) Liv. I. 7.

memorant; quorum iſti cùm ad ſacrum Herculis ab Evandro regionis principe factum, ad tempus præſto eſſent, iisque exta apponerentur, Pinarii his jam adeſis ad ceteram dapem venirent, iſtud in pœnam horum conſtitutum, ne cuiquam ex horum familia extis veſci liceret. Ita (in templo ſcil. uti par, neque enim alibi id magis quàm in æde Diis ſacra decuerat) Jupiter cum duodecim Diis ab Æthiopibus, (teſte Homero, & referente per ludibrium Luciano) (y) magnificis epulis exceptus, per duodecim dies protractis. Atque hinc ex adverſo Dianæ ab Oeneo, cùm ceteros Deos ad ſacrificium vocaſſet, neglectæ, domique iſtis ad convivium cœlo profectis, deſidentis querelæ,

 at-

(y) Lucian. de Sacrif. ſub pr. Tom. 1. p. 362.

atque in convivatorem iræ, ingenti hujus totiusque regionis clade piatæ. Tantum non illiberalius Pana ſuum Athenienſes habuerint, ſi, quod is apud Lucianum (z) Juſtitiæ à Jovæ Athenas ad certa negotia miſſæ conditionem, qua apud iſtos utatur, commemorans queritur, non alias præſtitorum in depellendis barbaris, Marathonem usque jam progreſſis, officiorum ab iis retulit grates, quàm quòd bis terve quotannis aſcendentes, hircum graviſſimè olentem ſibi ſacrificarent; carnes ipſi devorantes, illum lætitiæ tantùm veluti teſtem adhiberent, tenui quodam ſolùm honorantes applauſu, ut jam excepto hoc, nihil ad ſe pertineant ſacra iſta ipſius honori deſtinata, quàm quòd epulantium riſu luſuqve &

(z) Bis accuſ. Tom. 2. p. 219.

& ipſe aliquantum animum oblectet. Atque huc ſpectat quod in Flacco Ægypti Præſide laudat Philo; (a) Quòd prohibuerit cœtus promiſcuæ multitudinis, ſublatis etiam ſodalitiis, quæ prætextu ſacrorum mero vacabant & crapulæ. Apud (b) Plautum Cappadox leno ob puellam parvulo ære emptam grates Diis, Lucelli auctoribus redditurus:

Quando benè geſſi rem, volo
hîc in fano ſupplicare.
Nam illam minis olim decem
puellam parvulam,
Sed eum qui mihi vendidit illã,
nunquam poſt illa vidi:
Periiſſe credo, quid id meâ refert? ego argentum habeo.
Quo homini Dei ſunt propitii,
lucrum ei profectò objiciunt.
Nunc rei divinæ operam dabo:
certum eſt bene me curare.

 At-

(a) Philo in Flacc. (b) *Curcul. Act. 4. ſc. 2. in fin.*

Atque hinc ante Jovis cellam, propoſita convivis vaſa fictilia à Tuberone, peragendo ſcilicet ſacro convivio, Seneca (c) memorat; qui etiam alibi cœnam publicam appellat. Ita, Valentis adhuc tempore, omnibus, præterquam Chriſtianis ab Ario diſſidentibus, liberam exercendarum religionum copiam indulgentis, ſimulacra libationibus culta, & publica in foro epula data, Theodoritus (d) autor eſt. Spectant huc fortè iſta Syncerasti ſervi Lenonis apud Plautum: (e)

Nunc domum hæc ab æde Veneris refero vaſa, ubi hoſtiis
Herus nequivit propitiare Venerem ſuo feſto die.

Vbi obiter notandum, quod de Tiberio, antiquæ parcimoniæ Prin-

(c) Sen. Ep. 95. ſub fin. & Ep. 98. (d) Theodorit. H. E. 25. (e) Plaut. Poenul. Act. IV. ſc. 2.

Principe, recenſet Dio Casſius, (f) qui nimium utenſilium luxum indies gliſcentem cohibiturus, Ne quis aureis vaſis, niſi in ſacris, uteretur, edicto vetuerit; Quo equidem Tuberoni opus non fuerat, fictilibus, etiam in colendis Diis contento. Cui ſimilem ſeſe præſtitit Tyndarus Plautinus (g) callido equidem conſilio; quod indicans Philocrates atque hominis avaritiam animumque nemini fidentem deſcribens:

Genio ſuo ubi quando ſacruficat,
Ad rem divinam quibus eſt opus Samiis vaſis utitur.
Ne ipſe Genius ſurripiat.

Atque iſtud, de quo hactenus, ſacrificii genus, publica videlicet celebritate peracti, à Cypria-

(f) Dio Caſſ. Lib. 57. (g) Plaut. Captiv. Act. 2, ſc. 2.

no (h) maximè deſignari, exiſtimo, ſuorum conſtantiam, collaudantis, qui nuperæ perſecutionis vim ita ſuſtinuerant evaſerantque, ut ſacrificiorum labem integri effugerent, atque ſangvinem Domini, nullis profanis contagiis reliquiisq; idolorum polluerent, ſive ſceleratis (uti alibi loquitur) cibis ora macularent, id quod qui fecerant, in idolio ſive in templis cœnaviſſe, aut ad idola pranſi patribus concilii Ancyrani (i) dicuntur: qui (uti itidem Cyprianus (k) queritur,) à diaboli aris revertentes, ad ſanctum Domini ſordidis & infectis nidore manibus acceſſerant, (perfidiam audaciâ impudentiâque cumulaturi) atque mortiferos idolorum cibos adhuc penè ructan-

(h) Cyprian. de Lapſ. ſub pr. (i) Concil. Ancyr. Cap. 4. (k) de lapſ.

ctantes, exhalantibus etiã nunc ſcelus ſuum faucibus, & contagia funeſta redolentibus, Domini corpus invaſerant.

XX. Quandoque rebus divinis in templo perpetratis domum exta deferenda curabant, vocatis amicis qui lætitiam augerent. Habuit hoc niſi fallor, in animo Plautus, (l) apud quem Periplectomenes, amicorum in ſe (cœlibem videlicet, atque nuptias adſpernantem, ideoque ſpe hæreditatis gratioſum,) officia celebrans:

Exta ex templis ad manducandum in domos delata.

Eos pro liberis habeo, quin mihi
mittunt munera.
Sacrificant? dant inde partem mihi majorem, quam ſibi:
Abducunt ad exta: me ad ſe, ad
prandium, ad cœnam vocant.
Ille miſerrimum ſe retur, minimum qui miſit mihi.
Illi inter ſe certant donis. Ego hæc
mecum musſito:

(l) Plaut. Mil. glor. Act. III. ſc. 1.

Bona mea inhiant: certatim dona mittunt & munera.

Et apud eundẽ Lycus leno: (m)

Jam iſtuc ego revortar, Miles: convivas volo
Reperire nobis commodos qui unà ſient:
Interibi attulerint exta: atque eâdem mulieres
Jam ab re divinâ credo apparebunt domi.

Vbi etiam Collybiſcus villicus, qui fraudi ſtruendæ Lenonis in ædibus adſuerat, negotio, quod paraverat, confecto diſceſſurus, *Extis ſe ſaturum factum probè* gloriatur. Atque hæc forſan fuere turpia iſta gentilium atque lutulenta convivia frequentata à Martiali Epiſcopo, atqve à Cypriano * gravi (qualem nempe facinus meruerat) cenſurâ notata.

(2) Per-

(m) Pœnul. Act. 3. ſc. 3. pr.
* Cyprian. E. 68.

(2) Pertinent huc iſta Philonis, gentem ſuam, cujus ipſe ad Caligulam legatione fungebatur, excuſantis, adverſus iſtorum calumnias, qui univerſis pro ſalute Principis victimas certatim mactantibus, ſolis Judæis incolumitatem Principis curæ non fuiſſe criminabantur: *Immolavimus*, (ita ad infenſum Imperatorem Philo) *hecatombas, libatoque ad aram ſanguine, carnes domum non retulimus ad epulas, uti quorundam eſt mos: ſed integras victimas exurendas ſacro igni tradidimus.* Non negat Philo, etiam Hebræis id fuiſſe moris, ut ſacris dapibus hilares atque feſtivos agerent dies, ſed pro incolumitate Principis totas hoſtias Numini obtuliſſe, nihil inde genio ſuo indulgentes. Atque iſtius etiam generis epulum mactatis victimis, Abrahamo comitibusque

(2) *Philo de Legatione ad Caj. p. 805.*

busqve à victoria reverſis Melchiſedecum præbuiſſe, Idem (3) innuit.

Quandoq; in ipſis ædibus decerpta & manducata.

XXI. Aliquando in ipſis, quas incolebant, ædibus atque ad ipſam, ad quam diſcumbebant, menſam pars extorum in focum porriciebatur, invocato Numine, in cujus honorem decerpſerant. Amphitruo Plautinus (n) domum ex bello feliciter confecto redux, atqve ex Alcumena uxore geminum partum, unum ſibi alterũ Jove editũ, ex ancilla fortè obviã facta comperiens, tanto nuncio, uti par erat, & diviſa cum Jove ex dimidio ſobole lætior, ne tanto beneficio ſeſe haud gratum ſatis præberet,

Abi domum (ancillam jubet jucunda nunciantem,) *jube vaſa pura actutum adornari mihi,*
Ut Jovis ſupremi multis hoſtiis pacem expetam.

Apud

(3) *de Abraham. p. 299.*
(n) Amphitr. Act. V, ſc. 1. ſub fin.

Apud eundem (o) Apoccides amico Periphani, aſtutiam ſervi laudans, (qui quam huic homini jam ſeni, atque voluptati minus idoneo, cupienti tamen comparaverat fidicinam, alio prætextu emerat,) atque huic rei geſtæ modum exquirenti exponens:

Te pro filio
Facturum dixit rem eſſe divinam domi,
Quia Thebis ſalvus redierit.
PE. recte inſtitit.
AP. Imo ipſus illi dixit, conductam eſſe eam
Quæ hic adminiſtraret ad rem divinam tibi,
Facturum hoc dixit, rem eſſe divinam tibi domi.

Atque (p) ipſa Fidicina in domum Periphanis perducta ſciſcitanti per ſimulationem ſeni, quid

(o) Epidic. Act. 3. ſect. 3. ſub fin.
(p) d. Act. 3. ſc. 4.

quid ipſi domi ſuæ negotii eſſet, reſpondet:

Conducta veni, ut fidibus cantarem ſeni,
Dum rem divinam faceret.

Libationes. XXII. At cum ſine Baccho non Ceres minus atque Venus frigeant, hac etiam in parte, Deorum cura habenda erat, accepto hoc quoq; (ut videtur,) ab Ebræis (q) more, vino itidem ſacra facere à Numine juſſis. (Quo etiam referri poteſt (r) aqua ex fonte Bethlehemitico magno capitis ſui periculo à viris fortiſſimis hauſta, atque à Davide, ne re tanto pretio comparata ipſe frueretur, Deo effuſa.) Apud Plautum (s) Lena, oblati fortuito meri partem aliquam, quamvis ægrè Veneri Præſidi propinans:

Venus,

(q) Num. XXVIII. 7. 14. (r) 2. Sam. XXIII. 14 - 17. (s) Plaut. Curcul. Act. 1. ſc. 2.

Venus, depaulo paululū tibi dabo,
Haud lubenter, nam tibi amantes, propinantes,
Vinum potantes dant omnes: haud mihi ſæpè
Eveniunt tales hæreditates.

Feſtivè magis Strobilus ſervus, (t) defosſum ab Euclione homine prædivite, & qui talium mos eſt, avaro, in fano Fidei aurum quæſiturus, voto ſeſe Deæ, ſi induſtriam fortunaret, obſtringens:

Ibo hinc intrò: perſcrutabor fanum, ſi veniam uſpiam
Aurum dum hic eſt occupatus, ſed ſi repperero, ô Fides,
Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam.
Id adeò tibi faciam: verum ego mihi bibam, ubi id fecero.

Athenienſes imitaturum crederes, totum deglutientes hircum;

(t) Aulul. Act. IV. Sc. 2.

cum, quem Pani ſacratum perhibeant. Atq; id ipſum eſt, quod inter alia innocentiæ ſuæ nulla pravæ religionis labe violatæ argumenta recenſet Eſther, (u) profani Regis matrimonio ſocieta; neque regiis ſeſe epulis, neque libato Diis vino pollutam fuiſſe. Vtrumque comcomplexus Lactantius, (x) Gentilium vanitatem irridens: *Homines autem neglectâ juſtitiâ, cùm ſint omnibus flagitiis ac ſceleribus inquinati, religioſos ſe putant, ſi templa & aras hoſtiarum ſangvine cruentaverint, ſi focos odoratu ac veteris vini profuſione madefecerint. Quin & ſacras dapes apparant, & exquiſitas epulas, quaſi aliquid inde libaturis offerunt.* Et paulo poſt (y) *Mactant igitur opimas & pingvas*

(u) Fragment. Eſther. II. 17. (x) Lactant. divin. Inſtit. (y) Cap. 2.

gvas hoſtias Deo quaſi eſurienti, profundunt vina tanquam ſitienti. Atque hinc ex adverſo impietatis aut inelegantiæ Chriſtianos apud (z) Minucium Felicem arceſſens Cœcilius; *Convivia publica absque vobis -- præcerptos cibos & delibatos altaribus potus abhorretis.* Et quidem ex ſententia quorundam (obſervante Philone) (a) nata vox μεθύειν quaſi μετὰ τὸ θύειν quia poſt ſacra demum priſci indulgebant poculis; quamvis advertente eodem alii ἀπὸ τῆς μεθέσεως i. e. à remisſione animi, eam derivatam exiſtiment. Et verò non magis animos à curis remittebant gentiles, quàm cum ſacros inter dapes comeſſabundi genio indulgerent. Quibus tamen non accenſendi Scy-

(z) Minuc. Felic. octav. (a) Philo. de Plantat. Noë. p. 185.

Scythæ, (b) Gens quondam, minus quàm creditur, barbara, contumelioſum in Deos cenſentes, velut potaturis vinum, affundere.

Oblatio frugum. XXIII. Quin & ex quibuscunque terræ frugibus partem Diis offerre Gentiles ſolebant, hac quoque Religionis parte Judæos (c) imitantes. Inter leges conſtituendæ atque ordinandæ Reip. ſuæ hanc quoque apud Ciceronem proponit ſvadetque is, cui hanc ferendarum legum provinciam Cicero (d) impoſuit: *Certas fruges certasque baccas ſacerdotes publicè libanto.* Hinc Canone quodam (e) Concilii Eliberini: *Prohiberi placuit,*

(b) Lucian. Toxar. d. Tom. II. p.2. (c) Levit. II. 14. VI. 14. (d) Cic. d. LL. II. (e) Canon. E-lib. 40. ubi Gabr. Albaspin.

cuit, ut cùm rationes ſuas accipiunt poſſesſores, quidquid ad idolum datum fuerit, acceptum non referant; ſi poſt interdictum fecerint, per quinquennii ſpatia temporum à communione eſſe arcendos. Coloni videlicet, alienorumque agrorum Conductores ex fructibus divino munere acceptis portionem Deorum cuipiam conſecrabant, quas acceptas ratasque habere prohibentur Canone iſto Chriſtiani, talium poſſesſores, ne qualicunq; ſumptu profanum cultum inſtruxiſſe viderentur.

XXIV. Inprimis verò, quo magis res domeſticæ ſalvæ eſſent, Lares privatos atque domeſticos, (f) (fuere enim & Publici, (g) totius Gentis aut Civitatis Dii Tutelares) Deos *Cultus Larium.*

D ſci-

(f) Tertull. Apol. c. 13. ubi Pammel. n. 191. (g) Liv. VI. 14.

ſcilicet domui cuique præfectos annuo, menſtruo, quotidiano denique cultu demerendos ſibi conciliandosque credebant. Apud Plautum (h) Lar ædium, quas à patre avoque hæreditatis jure acceperat Euclio, familiaris haud adeò liberaliter ab iſtis ſeſe habitum conquerens, gnatam tamen Euclionis melius moratam, atque à paternis ſordibus alienam, collaudans:

Huic filia una eſt: ea mihi cottidie
Aut ture aut vino, aut aliqui ſemper ſupplicat.

Lactantius (i) Ethnicorum vecordiam increpans: *Adhærent enim* (dæmones) *ſingulis hominibus & omnes oſtiatim domos occupant; ac ſibi Geniorum no-*

(h) Plaut. Aulul. Prol. (i) Lactant. divin. Inſtit. II, 15.

nomen aſſumunt: ſic enim Latino ſermone Dæmones interpretantur. Hos in ſuis penetralibus conſecrant: His quotidie merum profundunt, & ſcientes dæmones venerantur, quaſi terreſtres Deos, & quaſi depulſores malorum, quæ ipſi faciunt & irrogant. Atque Lactantio aliquantum recentior Julius Firmicus (k) fontem abſurdi cultus indicans: *Qui nihil aliud putant eſſe vitam, niſi veſcendi & potandi licentiam, hos ſibi Deos ex cupiditatis ſuæ humilitate finxerunt, nutrimenta corporis quæ ex quotidianis epulis comparantur, hoc nomine conſecrantes. Nam omne, quo veſcuntur homines, penus vocatur; hinc & cella penuaria, hinc & Dii Penates, ab abjectis & proſtratis hominibus*

(k) Jul. Firmic. de Error. prof. relig. p. 19.

miſera ſunt cogitatione compoſiti, Utroque vetuſtior Tertullianus, (l) uxorem, ſi omnino poſt viduitatem non iterum nubere grave putaret, à nuptiis ſaltem cum Gentili, hoc etiam argumento dehortans; *Moratur Dei ancilla cum Laribus alienis, & inter illos omnibus honoribus dæmonum, omnibus ſolennibus regum incipiente menſe, nidore thuris agitabitur.* Morari fœminam Chriſto addictam cùm Lare alieno, incongruum atq; indecens fore monet Tertullianus, cujus videlicet ſimulacrum vilius pretioſiusve effictum in domo collocabant, (m) ædiculæ incluſum, & ne ineptiſſimi domuum cuſtodes alio

(l) Tertull. ad uxor. l.2. Cap. 6. ubi Pammel. (m) Plutarch. qu. Rom. Hoſpin. de Orig. Feſtor. Lib. II. c. 16.

alio cuſtode atque fideliori deſtituti; ipſi diriperentur, ſatellitio canum munitum; quo munere apud Domitianum (n) puer fungebatur; Larium in cubiculo Principis poſitorum curæ cuſtodiæqve præpoſitus. (o) Petronius; *præterea grande armarium in angulo vidi, in cujus ædicula erant Lares argentei poſiti.* Quibus deſpectior multum atque ignobilior apud Tibullum (p). *Paupere cultu*

Stabat in exigua ligneus æde Deus.

Tuguriola, conclavia, cellulas appellat Arnobius; (q) Lararium Lampridius (r) (in quo etiam Chriſtum juxta cum aliis domeſtica religione ab Alexan-

(n) Sveton. in Domit. c.17. ubi Caſaub. (o) Petron. Satyr. (p) Tibulli Eleg. (q) Arnob. adv. Gent. lib.VI. (r) Lampr. Sever.

dro Severo Imp. cultum memorat) quibus nimirum veluti glebæ ſuæ affixi, cum ipſa domino ad alios identidem dominos commigrabant, acceſſionis jure ædes, quas tueri debebebant, ſequentes, hac ſaltem in re quocunque homine libebero viliores, quem extra commercium eſſe, Jura legesque, libertatis reverentiores, voluere. Aliquando, urgente præſertim inopia extremam capitis deminutionem ſubire jubebantur, ut in uſum magis neceſſarium conflati verſique atque domeſticâ cenſurâ Deorum ordine moti, formâ ſimul atque dignitate exciderent, ut jam lebes, patina aut etiam matula fieret, quòd paulo ante inter Numina locum tenuerat. Id quod feſtivè Gentilibus exprobrans Tertullianus: (s) *Dome-*

meſti-

(s) Tertull. d.c.13.

meſticos deos, quos lares dicitis, domeſtica poteſtate tractatis, pignerando, venditando demutando aliquando in cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva, ut quisque contritus atque contuſus eſt, dum diu colitur, ut quisque Dominus ſanctiorem expertus eſt (quantacunque ſcil. religione) *domeſticam neceſſitatem.* Saturnum atque Minervam inter Lares collocat Tertullianus, unde ſuſpicari liceat, etiam majorum Gentium Deos publicè cultos penatium in turbam, quando domi privata Religione colerentur. Eoque niſi fallor, ſpectat iſta Ciceronis ſanctio: (t) *Separatim nemo habeſſit Deos neve novos. Sed ne advenas, niſi publicè adſcitos, privatim colunto.* Poſt quæ ad cultum Larium

(t) Cic. de LL. lib. II.

progreſſus, Cicero: *Conſtructa à patribus delubra habento: lucos in agris habento, & larum ſedes, ritus familiæ patrumque ſervanto.*

Quæ idolothyta conſtitutione Apoſtolica probibita ſint.

XXV. His ita conſtitutis, diſpiciendum, quò usque Edictum iſtud Synodale de abſtinentia ab Idolothytis ſeſe porrexerit. Et verò, ſi, quod JCti non absque ratione ſtatuunt, Lege non diſtingvente neque nobis diſtingvere integrum eſt, facile judicatu fuerit, nullum eorum genus fuiſſe, quo ſalvo Concilii Canone, homini Chriſtiano veſci liceret; ſive publicis ſolennibus oſtentaretur ſuperſtitio, ſive privata religione, ipſo in templo, ſuave quisque domo, ſacra perageret. Et quidem publicis feſtivitatibus intereſſe, nimium aberat ab officio hominis, qui Servatori ſuo novo atque ſanctiori ſacramento

mento addictus omnem Diaboli pompam ejeraverat, cujus epulæ iſtæ non exiguam partem conficiebant. Neque etiam contagionis iſtius expers cenſeri poterat, qui quamvis privatam ſuperſtitionem, in fano tamen exercentibus aderat, quid rerum ageretur, ipſo loco admonitus. Quin ne extis quidem ex templo domum relatis recreari, ejus fuiſſe exiſtimarem, qui ab omni Idololatriæ ſpecie ſeſe integrum purumq; præſtare vellet. Cujus quocunque contactu adſpergi vetiti Daniel (u) & delecti ex captiva Judæorum pube ad regium miniſterium adoleſcentes, beneficii loco à Præfecto

(u) Daniel. I. 8. & ſeqq. Auguſtin. cont. Fauſt. Manich. XXXI. 1. Chemnit. Exam. Concil. Trid. part. 4. de jejun. p. 754.

obtinuere, ut abſtinendi à regiis dapibus copia fieret. Et exigebat à Chriſtianis natæ tunc recens Eccleſiæ iſtam abſtinentiam ipſa Synodalis Conſtitutionis ratio, vitandis Judæorum offenſionibus, quibus ne vinum quidem cum Gentilibus bibere licitum fuiſſe, Druſius (x) obſervat, periculo atque metu, ne forſan iſtud Diis libatum, deterritis.

Quousque hæc obſervata.

XXVI. Atque hæc etiam eâ, quæ Apoſtolos longè poſt ſeqvuta eſt, ætate ſanctè ſatis obſervata fuiſſe, indubitatis teſtimoniis conſtat. Tertullianus (y) de ſe ceterisque ſui ævi Chriſtianis; *Utraque*, (Deorum atqve mortuorum) *idololatriæ ſpecies conditionis unius eſt, dum mortui & dii unum ſunt, utra-*

(x) Jo. Druſ. Qv. Ebr. II. 67.
(y) Tertull. de ſpectac, cap. 13.

trâque idololatriâ abſtinemus: nec minus templa, quàm monumenta deſpuimus: neutram aram novimus, neutram effigiem adoramus; non ſacrificamus, non parentamus, ſed neque de ſacrificato & parentato edimus, quia non poſſumus cœnam Dei edere, & cœnam dæmoniorum. Si ergo gulam & ventrem ab inquinamentis liberamus, quanto magis auguſtiora noſtra, oculos & aures ab idolothytis & necrothytis voluptatibus abſtinemus, quæ non inteſtinis tranſiguntur, ſed in ipſo ſpiritu & anima digeruntur: quorum munditia magis ad Deum pertinet, quàm inteſtinorum. Ita Octavius apud Minucium Felicem (z) Cæcilio Gentili, criminis loco Chriſtianis exprobranti, quòd præceptos cibos,

(z) Minuc. Fel. Octav. Edit. Amſtel, p. 12.

& delibatos altaribus potus abhorrerent, ita reſpondens, ut impactum crimen non neget, ſed defendat; *Quod verò ſacrificiorum reliquias & pocula delibata contemnimus, non confeſſio timoris eſt, ſed veræ libertatis aſſertio. Nam etſi omne, quod naſcitur, ut inviolabile Dei munus nullo opere corrumpitur; abſtinemus tamen, ne quis exiſtimet, aut dæmoniis, quibus libatum eſt, cedere, aut noſtræ religionis pudere.* Quibus ſimilia Clemens Alexandrinus, (a) Minucio aliquantum antiquior, ſimul iſtam ipſam, quæ maximè ſanctiſſimæ Synodo iſtam legẽ expreſſit, rationẽ adjungens: *illa mihi videntur execranda & abominanda, quorum ſangvinem ſupervolant animæ ex Erebo, nunc lumine*

(a) Clem. Alex. Pædag. Lib. 2. c. 1. p. 106.

ne caſſæ. Nolo enim vos fieri participes dæmoniorum; dicit Apoſtolus. Eorum enim qui ſervantur, & eorum qui pereunt, ſeparata ſunt nutrimenta. Ab his ergo abſtinendum eſt, non quod pertimeſcamus, (non eſt enim in eis aliqua potentia) ſed quod noſtram conſcientiam, quæ ſancta eſt, & propter dæmoniorum odium, quibus illa ſunt dedicata, averſemur. Et præterea, propter eorum, qui multa verentur, imbecillitatem &c. Et Canone quodam (b) Gangrenſis concilii, ii, quibus carne veſci nefas habebatur, (Encratitas puta, Manichæos ſimilisque veſaniæ abſtemios,) ita damnantur, ut tamen idolothyta, pariter ac ſangvinem & ſuffocatum à victu hominis Chriſtiani remotũ non obſcurè ſignificet.

(b) Concil. Gangrenſ. Can. 2.

Idolothyta an per ſe, an ratione tantùm ſcandali illicita.

XXVII. Ceterum iſtud difficultate haud caret, quod Paulus (c) peccatum etiam iſtius, qui in Sacrario epuletur, aut conſcientiâ tantum epulantis, aut aliorum qui factum compererint, offensâ metiri videatur, quod ipſa re, ſocietate nimirum & participatione quadam impii cultûs, etiam ubi alia abſforent, ſatis patrari, non iſtis tantùm, quæ jam attulimus, ſed ipſius Apoſtoli indicio monituque (d) monſtratur. Certè Dæmonibus fieri ſacra, quæ Diis ſe facere Gentiles arbitrabantur, atque epulis iſtis com-

(c) I. ad Corinth. VIII. 7.-13.
(d) X. 19. & ſeqq. ubi Hieron. Auguſtin. cont. Fauſt. Manich. XXXII. 13. M. Chemnit. Exam. Concil. Trident. part. 2. de Miſſ. Pontif. p. 149. (344. 345.)

communionem quandam cum iſtis contrahi, ipſe advertit ingeritque Apoſtolus. At non, puto, parvum ſuâque naturâ, (etſi alios quoscunque lateat,) piaculum eſt homini Chriſtiano, ſceleſtisſimis geniis quocunque modo conjungi; cum quibus perpetuum ſibi disſidium bellumque, tùm, cùm Eccleſiæ ſalutari aquâ initiaretur, ſpoſponderat. Quibus tamen mox iterum Paulus (e) talia adjicit, ut quamvis id plerunque non expedire, (aliorum maximè causâ, quibus id exemplo ſaltem obeſſe poterat,) licere tamen innuere videatur, qualia videlicet (f) quamvis laudabilius omittantur,

---

(e) ad Corinth. d. verſ. 23. 24. 28. - 33. (f) Grot. de J. B. & P. III. 4. 2. ubi tamen J. A. Oſiand.

tur, nullo tamen flagitio peragi queant, aut quæ ſuâ naturâ non mala, occaſionem tamen delinquendi præbere poſſint. Mihi ſcopulos hos, quibus aliquantiſper me hæſiſſe, fateor, evitandi aut ſuperandi non alia commodior ratio viſa, quàm ut dicamus, ſacratas eò modo aut profanatas potius dapes ad ſuam naturam, munerisq; divinitus concesſi conditionem rediiſſe, quando is, qui veſcebatur, animum à ſacrificio averſum ita teſtaretur, ut neque Gentilibus id in Deorum ſuorum honorem obſequiumque trahere liceret, neque ab offenſa aut *ſcandalo*, quod appellant, ſuorum aliorumve eſſet periculum, in quo cùm (*ceteris*, ut ajunt, *paribus*,) unica Synodalis legis ratio poſita erat, ceſſante hac, haud impium

pium cenſebatur, ipſam legem ceſſare; quam ultrà non protendendam, uſus pariter, haud ſpernendus talium interpres, ipſoque uſu potior Apoſtolus, eorum, quæ in Concilio decreta, non ignarus neque immemor aut incurioſus, docuerit. Idque iis etiam comprobatur, quæ ſupra de ſponſalibus, nuptialibus, aliisque ſimilibus ſolennibus attulimus, etiam à Tertulliano, ſeveriſſimo diſciplinæ auſterioris vindice, hactenus permiſſis, quibus quantas ſordes impiorum rituum ſacrificiorumque Gentilium vecordia, Romanorum præſertim, adſperſerit, ex Briſſonio, Hottomanno aliisque qui iſtam materiam tractavére, addiſcere licet. Eamque in ſententiam, commodè * Hierony-

* Hieron. in Matth. XV. 11. in I. ad Corinth. X. 19.

ronymus obſervat, *quod ipſi quidem cibi & DEI creatura per ſe omnis munda ſit, ſed idolorum ac dæmonum invocatio ea faciat immunda.* Neque verò, uti idem advertit, *idolum inſenſibile polluit, ſed dæmones, qui templis præſident ad homines depravandos & ſuo ſervitio mancipandos.* Præſertim verò minori id diſcrimine fiebat, cùm extra delubrum privatis in ædibus ſine mentione ſacrificii convivium inſtrueretur, accitis etiam amicis, Chriſtum profeſſis, quibus id inprimis commendat Paulus, ut nihil de ſacrificio atque libatione ſciſcitantes epulis veluti puris, nullaque ſuperſtitione temeratis fruerentur, eâ tamen compertâ, ab iis ſeſe continerent, in gratiam ſaltem iſtorum, (g) quibus Chriſtianæ

(g) 1. ad Cor. X. 27. 28. 21. ubi Hieron.

ſtianæ libertatis haud ſatis gnaris id fraudi atque noxæ eſſe, aut aliquis (etiam Gentilium,) ad ſacra ipſos acceſſiſſe ſuſpicari aut credere queat. Et verò conſultius erat Chriſtianis, ſive cum amicis convivantibus, ſive etiam ex macello ementibus carnes, nihil de iis quidquam percunctari, facili alioquin Gentilibus ratione, homines cetera religioſos impii cultûs ſuſpicione onerare, aut etiam petulanti falſoque reſponſo, contagium criminis nimis anxiè fugienti illudere. Neque malè hac de re Origenes: (h) *Nos certè quantum ad cibum ac potum attinet, neſcimus alium modum veſcendi cum dæmonibus, quàm ſi quis in turba edat victimarum exta, & bibat*

(h) Orig. cont. Celſ. VIII. 10. junct. n. 8.

bat vinum libatum dæmoniis. Iſtud pro certo aſſeverare auſim, nihil vitii carni ſacrificatæ ita adhæſiſſe, ut remotis arbitris, adeoque ceſſante omni aut communionis ſuſpicione aut offenſæ metu, homini Chriſtiano non manducare tutò liceret; ipſo animo comedentis ſacra iſta dedignante, velut reſecratæ. Ab animo hæc comedentium, aut opinione eorum, qui comedentibus aderant, aut de iis inaudiebant, non ipſa carnis immolatæ natura aut vitio à profano ritu oblato pendebant, per ſacrificium non ita profanatæ, ut quàm à Conditore ſortita erat, puritatem bonitatemve planè exuerent. Quò etiam ſpectant loca Minucii atque Tertulliani ſuperius adducta. Ceterum ubi communicationis aut propoſitum aut ſuſpicio, aut

aut ſpecies adfuerit, pro facti diſcrimine magis minusve crimen contrahi, nemo Chriſtianorum temerè inficias iverit, Eoque faciunt, quæ de diverſis gradibus eorum, qui Idolathyta comederunt, obſervat Theodorus Balſamon, (i) ſuo in epiſtolam Canonicam Gregorii Neo-Cæſarienſis commentario, non grave inferri damnum, pronunciantis, ſi captivus Idolothytis à Domino appoſitis ſeſe refeciſſet. Ceterum graviter, piè, prudenterque cum Apoſtolo Hieronymus: *Omnia quæ à lege non prohibentur licent, quia per ſe non habent peccatum, ſed non ſemper expediunt. Omne quod expedit, licet, non omne quod licet, expedit. Sed nos Apoſtoli*

(i) Gregor. Neocæſ. Epiſt. Canon. Bibl. PP. Tom. 3. Col. 79. ubi Balſam.

ſtoli (k) *exemplo & Chriſti, non debemus illa tantùm conſiderare quæ licent, ſed illa potius, quæ nobis expediunt & ædificant fratres. Nam ſi*, uti ſcitè hanc in rem Auguſtinus (l) *natura ipſa immolatitiæ carnis eſſet immunda, utiq; & neſcientem contaminaret. Neq; enim eo minus ipſa eſſet, quo minus ab ſciente acciperetur, ſed propter conſcientiam, ne dæmonibus communicaſſe videatur.*

DE SANGVINE & SUFFOCATO.

Interdictũ divinum de ſangvine non edendo.

XXVIII. Neq; verô à ſangvine minus atque ſuffocato, quàm ab Idolothytis ſibi temperare à Concilio Gentiles jubebantur,

(k) in I. ad Corinth. X. 23. (l) Auguſtin. cont. Fauſt. XXXII. 13.

tur, qui ejurato Numinum vaniſſimorum cultu in Chriſti ditionem obſequiumque conceſſerant; quorum ſcilicet Judæis, aut Judaica ſaltem ſtirpe prognatis, non minus ac à cibis Numinibus ſacrificatis faſtidium erat; quamvis non hac ſolum ratione adductos Apoſtolos, ut legem iſtam perferrent, gravibus argumentis conjicere liceat. Vix ſeſe piacularibus undis, quo tantum ſui naufragium ſubierat humanum genus, redditus priſtinæ faciei orbis emerſerat, cùm Noacho, ex aquis, quibus cum ſuis tantiſper innataverat, in terras reduci, animalibus juxta atque oleribus in victum permiſſis, iſtud conceſſioni adjectum, (m) ut à carnibus ſeſe continerent, adhuc in ſangvine ſuo viventibus

(m) Gen. IX. 4.

bus, Carnem, nî hoc abſtineant, cum anima devoraturi, cujus (n) videlicet tota in ſangvine vita ſit. Ejusque etiam eſus proſelytis non minus ſeveriſſima lege prohibitus, Noachidarum quippe jure, ut quivis hominum, obſtrictis.

Ejus ſententia & qualis ſangvis. XXIX. Ingenti hîc non minus de ſenſu atque ratione legis difficultate laboratur. Ad quid enim attinebat, homines à carne adhuc in ſanguine ſuo fluitante cohibere, jam ſua ſponte ſatis naturæ injucunda & quam non averſari eorum tantum fuerit, qui animo pariter atque guſtu corrupti, hanc quoque rectè ſentiendi facultatem perdidere,

(n) Levit. XVII. 11. Phil. Quod deter. potior. inſid. ſoleat. p. 132. Selden. de J. N. & G. juxt. diſcipl. Ebr. Lib. VII. c. 1. ſub pr.

didere, ne palato quidem ſapientes; indigni, quos feritatis ſuæ, omnem humani ſensûs modum tam fœdè egredientis, ſingulari ſanctione Numen argueret. Et certè rariſſimum id eſſe, atque pauciſſimis hominum non faſtiditum, tantam ſtomacho, carne ſcilicet adhuc cruentâ, aut ipſo epoto ſangvine injuriam facere, nemo temerè, niſi fallor, negaverit; quamvis neque id inficiari quiſquam audeat, hac quoque in re, quocunque Gentium quarundam inſtituto, quave conſuetudine aut cauſa à communi ſenſu, talia adhorrente diſceſſum fuiſſe. (n) Tertullianus gentilibus impactum Chriſtianis per injuriam impiarum dapum crimen meliori jure relaturus: *De*

(n) Tertull. Apol. c.9.

ſanguinis pabulo & ejusmodi tragicis ferculis, (hæc Chriſtianis exprobrabant Ethnici) *legite, necubi relatum ſit, (eſt apud Herodotum opinor,) diffuſum brachiis ſanguinem, ex alterutro deguſtatum nationes quasdam fœderi comparaſſe. Neſcio quid & ſub Catilina deguſtatum eſt. Ajunt & apud quosdam gentiles Scytharum defunctum quemq; à ſuis comedi. Longè excurro; Hodie iſthic* (Romæ nimirum) *Bellonæ ſacratus ſangvis de femore proſciſſo in palmulam exceptus ſuis datur ſignatis; item illis, qui munere in arena noxiorum jugulatorum ſangvinem recentem de jugulo decurrentem exceptum, avida ſiti*

ſiti comitiali morbo medentes hauſerunt. Ubi ſunt item illi, qui de arena ferinis obſoniis cœnant? qui de apro, qui de cervo petunt? Aper ille quem cruentavit, colluctando detersit. Cervus ille in gladiatoris ſangvine jactavit. Ipſorum Urſorum alvei appetuntur cruditantes adhuc de viſceribus humanis. Ructatur proinde ab homine caro paſta de homine. Catilinæ facinus (o) deſignat Tertullianus, quem

 cum

(o) Saluſt. Bell. Catil. Flor. IV. 1. 4. ubi Chr. A. Rupert. Herod. lib. 1. Solin. c. 28. n. 394. Tac. XII. Annal. 47. Bodin. de Rep. lib. V. c. ult. n. 609. Elmenhorſt ad Minut. Fel. p. 82. Ouzel. ad eund. p. 195. 196. Scharrock. de offic. ſecund Jur. Nat. c. 3. n. 3.

cum ad jusjurandum populares conjurationis, initique adverſus patriam conſilii adigeret, humani corporis ſanguinem vino permixtum deguſtandum præbuiſſe, aliorum quidem fide, nihil certi aſſeverans Saluſtius memorat; accepto forſan à Scythis, Medis, Armeniis conterminisque populis more, à Tertulliano quoque notato, hauſtu mutui ſangvinis fœdera ſancientibus, ſanctiora, uti putabant, ſi communi cruore utrinque ſacrarentur. Quibus haud paulò efferatiores Scythæ, mortuos non devorantes tantum, (haud tamen credo incoctos) ſed & parentes propinqvosque, antequam aut ſenio aut valetudine conficerentur, mactantes deglutientesq;. Bellonæ etiam Sacerdotes perſtringit Tertullianus, in ſuorum

rum initiatione exceptum aperto femore ſangvinem, ſui collegii hominibus propinare ſolitos; nec minus eos, qui morbo comitiali afflicti, quo malo mederentur, acceptum ex homine in arena aut à fera aut adverſario vulnerato occiſove cruorem, medicinæ in vicem potabant. Queîs aliquantum humaniores, qui epulas ſibi à feris comparabant humano ſangvine paſtis, à quibus ramen omnibus abhorrebant Chriſtiani, tanto Gentilibus, poſtulante vindicias Tertulliano, innocentiores. Quibus ſimilia Octavius, (p) Cæcilio ſuo exprobrans: *Ipſum credo docuiſſe ſanguinis fœdere conjurare Catilinam, & Bellonam ſeruum ſuum hauſtu humani cruoris imbuere: & comitialem morbum hominis*

(p) Minuc. Fel.

ſanguine, id eſt, morbo graviore, ſanare. Non diſſimiles & qui de arena feras devorant illitas & infectas cruore, vel membris hominis & viſcere ſaginatas. At infrequentiora hæc ſunt, μιαρὰ καὶ οὐκ ἀνθρώπινα, quàm ut prohibendis talibus legem à Deo conditam, credi queat; pleriſq; certè hominum non neceſſariam, quid facto hîc opus, jam ipſo guſtu edoctis. Et verò haud ita facilè quisquam ſibi perſvadere patietur, legem univerſo humano generi latam eſſe, cujus aut negligendæ aut violandæ nulli ferè hominum cupiditas foret, & in quam, ſi Cyclopes, Scythas, Sarmatas, noſtriq; forſan ſeculi Tartaros, hominum, ſi ceteris compares, pauciſſimos atque poſtremos, excipias, nemo impingere velit. Neque enim Iſraëlitas (q) utcunque

(q) I, Samuel. XIV. 32.

cunque diurno labore atque prælio fatigatos eam rabiem, invaſiſſe cenſuerim, ut carnem, mactatarum ex præda hoſtili pecudum ſuo adhuc ſangvine animatam devoraſſe putaverim. Eo ſolum peccabant, quòd cibi, poſt diei abſtinentiam viresque pugna atque cæde hoſtium attritas avidiores, ideoq́; ad dapem minori legum memoriâ aut curâ proruentes, carne nondum à ſangvine ſatis purâ, modum victui ſuo divinitus ſtatutum exceſſiſſent. Qua ratione ſuſpicari liceat, ne id quidem fas eſſe hominibus voluiſſe Numen, cibis veſci, ex cruore cæſorum animantium confectis, qualem ex leporibus, porcis, anſeribus haurire, atque in farcimina botuloſq́ue componere, nemo quidem jam forte eſt, qui vetitis accenſeat. Certè

non aliud quidquam Edicto hoc contineri Chryſoſtomus (r) arbitratus eſt, *quid* (ſciſcitans) *eſt caro in ſanguine animæ? hoc eſt ſuffocatum.* Atque alibi (s) rationem interdicti referens quo ſcilicet cohiberentur homines ad pugnam cædemque calentes, eam ob rem ne ſuffocato veſcerentur, Deum vetuiſſe, adjungit. Quamvis (ne quid diſſimulemus) non eam divinæ legis ſententiam eſſe, ipſis equidem verbis indicari videatur; quibus non ſangvinis arte quadam ad uſum humani victus paratis, ſed carnis potius ſuo adhuc ſangvini innatantis mentio fit. Et verò, ſi verùm fateri lubet licetque, diſceptandi hîc potius, quam certi quidquam definiendi locum patere exiſti-

(r) Chryſoſt. in Gen. IX. 4. Homil. 27. (s) in Matth. Homil. 75.

exiſtimem. Verùm quodcunq; id fuerit, ſuam legi rationẽ conſtitiſſe, à Deo quippe, omnium ſapientiſſimo, latæ, dubitare, impium foret. Et cauſas edicti alii alias, uti fieri amat, quando conjecturis res agitur, tradidere.

Interdicti ratio petita à ſacrificiis.

XXX. Fuere, qui ſanguinem animalium ita cultui divino lege hac ſepoſitum arbitrarentur, ut ex victimis immolatis caro (aut carnis ſaltem aliqua portio) hominibus, ſangvis Numini cederet. Ita viſum Chryſoſtomo, (t) τοῦ γὰρ ἀλόγου ἡ ψυχὴ τὸ αἷμα τυγχάνει ἐπεὶ οὖν τὰς θυσίας ἤμελλον ἐπιτελεῖν τὰς διὰ τῶν ἀλόγων, μόνον οὐχὶ διδα-

(t) Chryſoſt. in Gen. IX. 4. homil. 27. add. Sim. à Grœnweg. ad Leon. conſtit. 58. ap. Tim. Geſſel. H. E. part. 1. p. 233.

διδάσκει αὐτοὺς λέγων ὅτι τὸ μὲν αἷμα ἐμοὶ ἀφώρισται τὸ δὲ κρέας ὑμῖν &c. *Bruti enim anima ſangvis eſt. Quia igitur ſacrificia perfecturi erant ex brutis, quaſi docet illos, dicens. Mihi ſangvis ſegregatus eſt, vos carnem habebitis.* Quæ ratio non multum aliena videri queat ab ipſis Edicti verbis, adjectaque alibi ratione, vitæ nempe in ſangvine (u) commorantis, non alii meliori jure offerendæ, quàm à quo vitæ uſum, quicquid eſt animantium, ſortiuntur. Referri huc poteſt iſtud Origenis commentum, Origeniano equidem ingenio dignum, cauſam Interdicti in eo collocantis, quòd exhalatione ſangvinis Dæmones paſci, ſibi homines iſtorum cultores, perſuaſum habuerint. *Suffocata,* ait

Origenis opini de nidore victimarum, alimonia dæmonum.

(u) Orig. cont. Celſ. VIII. 10.

ait Origenes, *ſunt animalia mortua, non expreſſo ex illis ſangvine, quæ utique dæmonum ajunt eſſe cibum, cujus nidore illi paſcuntur. Hæc idcirco vetantur in cibum aſſumi, ne nos dæmonum cibis nutriamur, & nobiſcum maligni Spiritus coalantur, ſi pariter cum illis veſcamur ſuffocatis.* Quam ad formam etiam Julius Firmicus (x) notat, Dæmones ex cæde atque ſangvine pecudum ipſis mactatarum nutriri. Atque nidore victimarum impensè id Deorum genus delectari, creditum eſt, atque ita credi, ipſi voluere. Apud Lucianum, (y) quo non alius in perſtringendis Diis, aut hominum ſaltem de iis opinionibus,

(x) Jul. Firmic. de Error. profan. Relig. p. 18. Edit. Amſtel.
(y) Lucian. Bis accuſ. Tom. 2. p. 213.

acerbior, aut ingenioſior, Jupiter inter alia id ſibi quoque curæ negotiique eſſe refert; obſervare jurantes juxta, pejerantes atque *ſacrificantes*, *ſi quis libavit, unde nidor ac fumus aſcendat:* quis ægrotans, aut navigans invocarit, atque uno eodemque tempore *in Olympia hecatombæ intereſſe*, in Babylone belligerantes intueri, grandinare apud Getas, *apud Æthiopes convivari*; adjiciens, quanto ſuo ceterorumque Deorum periculo id foret, ſi vel paululum negligentiorem remisſioremve ſeſe præbuiſſet, illicò Epicuri calumniis locum materiemque daturus, nulla humanarum rerum ſollicitudine Numina tangi, jactitantis; cui ſi fidem habeant homines, de cultu Deorum actum fore, atque templa ſine coronis, ſine

ne nidore plateas, crateres abſque libamentis, frigidasque paſſim aras, denique ſine ſacrificiis ac victimis omnia, multamque apud Cœlites famem futuram. Eodem (z) pari irriſu memorante, *Dii Jovi aſſidentes in terram deſpiciunt, & inclinato capite quoquoverſum circumſpectant, ſicunde ſubvolantem ignem videant, aut ſurgentem nidorem circaque fumum ſeſe rotantem. Ac ſi quis forte ſacrum faciat, epulantur omnes, inhiantes fumo, muſcarum in morem affuſum aris ſangvinem bibentes. Si verò domi cibum ſumant, nectare & ambroſia victitant.* Talis Deorum vita genio ſuo indulgentium λίχνες ideò, ſive *Liguritores* per convicium ap-

E 7 pel-

(z) de Sacrif. Tom. I. p. 366.

pellat Clemens Alexandrinus, (a) qui hominum ſcilicet curam gerant, non in hos benevolentiâ, ſed fumi illectamento adducti, apud quos nimirum, uti rurſum lepidè Lucianus, (b) cuncta, quæ ab iis in homines erogentur, beneficia, bona nempe valetudo buculâ fortè, divitiæ quatuor bobus, regnum heatombe, ſive centum taurorum ſacrificio, incolumis à Trojæ obſidione in Græciam reditus novem tauris, & ſi quæ ſunt minutiora, gallo, corollâ, aut aliquo thuris grano venalia ſint. *Ipſi certè*, uti ibidem Clemens, (c) *Dæmones ingluviem fatentur ſuam ut qui dicant*, Nidoris hæc no-

(a) Clem. Alex. Protrept. p. 20. (b) Lucian. de Sacrif. Tom. I. p. 362. (c) Clem. Alex. d. l.

nobis debita ſors eſt. *Quamnam aliam,* adjiciens, *vocem ederent, ſi vocem acciperent Dii Ægyptiorum nempe feles & muſtelæ, quàm Homericam & Poëticam, cui placet nidor, & condimentum obſoniorum.* Atque eundem in modum etiam Octavius (d) Chriſtianus Cæcilio Gentili Deaſtros nidore altarium, vel hoſtiis pecudum ſaginatos objectat. Æmulati nimirum hac quoque in re Dei veri exemplum profani Divinitatis Uſurpatores, Dii, inquam, Gentilium, quem oblati à Noacho poſt enavigatas Oceani, qui totum orbem occupaverat, undas, ſacrificii odore adeò captum, ut velut irarum tæderet, animo conſtituiſſe

Verum Deum æmulantium.

(d) Minuc. Fel. p. 66. ubi Not. Wower. Elmenhorſt. Ouzel.

tuiſſe perhibeatur, (e) leniorem ſe poſt hac in vindicandis hominum criminibus futurum, adeò ad malum, ipsâ, quam fruſtra expellas, naturâ inclinante, & velut adigente, proclivium; cujus ſuaveolentiæ etiam Deo non injucundæ alibi quoque apud Moſen, de ſacris Numini faciendis leges ferentem, frequens ſatis mentio eſt.

Cur dæmones nidore victimarũ delectati ſint.

XXXI. At verò uti à ratione alienum eſt, Deum corporis expertem odoris ſenſu potius quàm offerentis officio oblectari, atque (i) advertente Hieronymo, odor ſuavitatis, non in re oblata, ſed in mentis devotione conſiſtit, qua ſola de-

(e) Gen. VIII. 20. ubi Chryſoſt. homil. 27.

(i) Hieron. in Epiſt. ad Philipp. IV. 18.

demulcere licet Deum, ſacrificiis, (ſi animus abſit) ſeſe haud delectari diſertè profeſſum, ita neqve Dæmones aliud in conſilio habuiſſe, credendum eſt, quàm ut ex cultu, quem Numini placere compererant, hanc quoque partem ſuum in uſum verterent, facile fumo iſto atque nidore carituri, ſi opinio atque animus colendi abeſſet, & cujus etiam aliunde captandi larga ſatis copia fieret, ſi ad alimentum iſta, non ad religionis pravè arrogatæ uſurpationem pertinerent. Quam in ſententiam egregiè Auguſtinus, (f) poſt redditam ſacrificiorum cauſam aut ſignificationem, *ſed nec*, ſubjicit, *ob aliud fallaces illi ſuperbè ſibi hoc exigunt, niſi quia vero Deo*

(f) Auguſtin. de C. D. X. 19.

Deo deberi ſciunt. Non enim revera, ut ait Porphyrius, & nonnulli putant, cadaverinis nidoribus, ſed divinis honoribus gaudent. Copiam verò nidorum magnam habent undique & ſi amplius vellent, ipſi ſibi poterant exhiberi. Qui ergo divinitatem ſibi arrogant ſpiritus, non cujuslibet corporis fumo, ſed ſupplicantis animo delectantur, cui ſubjecto deceptoque dominentur, intercludentes iter ad Deum verum, ne ſit homo illius ſacrificium, dum ſacrificatur cuipiam præter illum.

Alia ratio interdicti, tuendæ valetudinis.

XXXII. Reperti quoque, referente Chryſoſtomo (g) qui ideò vetitum id exiſtimarent, quia brutorum ſangvis gravis ſit,

(g) Chryſoſt. d. homil. 27. Chemnit. Exam. Concil. Trid. part. 4. p. 96. col. 2. ſub fin.

ſit, & multarum ægritudinum materiem præbeat. Quo etiam modo Auguſtinus arbitratur, morticinum ad uſum victûs humani ideò admiſſum non fuiſſe, quod non occiſorum, ſed mortuorum animalium morbida caro eſt, nec apta ad ſalutem corporis, cujus causâ ſumimus alimentum. Quam quidem ob rem aut prohibere quid aut præcipere, Medici potius quàm Legislatoris fuerit.

XXXIII. Quidam, & forſan plurimi, id ad commendandam ſangvinis humani reverentiam ſpectare, ſaniori, niſi fallor, conjectura, exiſtimant, cohibendis eò magis à cæde mutua animis; facili nimirum æſtimatione, quo in pretio ſangvis humanus ſit apud Deum, cui *Coërcendæ atque avertendæ cædis humanæ.*

(h) Auguſtin. contra Fauſt. Manich. XXXII. 13.

cui nihil infra majeſtatem ſuam viſum, etiam cruoris pecuini tantam rationem habere. Ita Chryſoſtomus (i) in recenſendis Edicti hujus cauſis occupatus, ideò id à Deo conſtitutum obſervat, ut comprimeret hominum primæ iſtius ætatis impetum mutui ſangvinis avidum atqve in exitium communis ſtirpis, cognationisqve ruentem. Qui etiam alibi (k) aliquantum explicatius: *Propterea & ſangvinem ſibi offerri Deus voluit, ut oſtenderet, quia ſi brutorum ſangvis ita precioſus eſt, quanto magis hominis?* Et firmatur (l) egregie iſta ſententia adjecta legi ab ipſo Numine ratione; ſangvinem humanum ſe-

(i) Chryſoſt. d. Hom. l. 27. (k) in Matth. homil. 75. (l) Chryſoſt. dd. ll.

ſeſe vindicaturum comminante, nullâ juſta de causâ à quocunqve profuſum; addita inſuper in iſtos ſanctione, quos ad fundendum cognatum adeò ſanguinẽ concitatus quocunque affectu furor adegerit. Difficilius nempe deſcenſuri ſperabantur homines ad ſui generis ſangvinem inhumano impetu hauriendum, queis etiam ferino cruore non ſupra humanum modum uti, præceptum eſſet. Quò etiam ſpectat cauſa alibi interdicto adjuncta, de vita in ſangvine velut hærente, non quòd ipſe ſangvis vita ſit, (quæ Manichæorum poſt Marcionem opinio fuit ab Auguſtino (m) refutata,) ſed quòd eo maximè contineretur ſpiritus, quo cum ſangvine

(m) Auguſtin. cont. Adverſar. Leg. & Prophet. II. 6.

gvine pecudis defluente,ipſam pecudem perire neceſſum ſit; ipsâ per vulnus inflictum cum ſangvine animâ uno itinere corpore demigrante.

Suffocatum atq; morticinum lege Moſaica Proſelytis domicilii permiſſa.

XXXIV. Neque tamen ſuffocatum atque Morticinum, cadaver ſcilicet pecudis, quæ ita ſive vi ſive fato ſuo ſuaque veluti ſponte interiit, ut ſangvinem aut totum, aut partem ejus venis retineret, Edicto iſto comprehendi, eo Moſaicarum legum articulo (n) oſtendi videtur, quo edendorum talium facultas, Israëlitis, & qui Gentilium circumciſionis ritu in Eccleſiam iſtorum accepti pari loco cenſebantur, ſeveriſſimè interdicta, reliquis provinciæ ſanctæ inquilinis, Proſelytis inquam Domicilii, diſertiſſimis verbis permittitur; niſi,

(n) Deuter. XIV. 21.

niſi, monente Seldeno, (o) hactenus ſaltem id concedebatur hujus conditionis hominibus, ut ſuffocato quidem atque morticinio veſci ipſis non nefas eſſet, ita tamen, ut & mortuo animali ſangvinem prius, quantum poterat, extunderent. Id quod uti certo quidem, & cui tutò inſiſtas, fundamento, non tamen omni ratione carere videtur. Et verò utcunque id ſeſe habeat, Decreto tamen ſuo Apoſtoli utrumque complexi ſunt. *Apoſtolica conſtitutione prohibita.*

XXXV. Idque per aliquod grande ſatis mortalis ævi ſpatium in Eccleſia obſervatum fuiſſe, certum eſt, ſive iſta lege ſeſe obligari arbitrarentur, ſive ad Apoſtolorum honorem ſpectare exiſtimarent, non tam facile à ſcitis iſtorum diſcedere, ſive *Ejus obſervatio.*

(o) Selden. Lib. VII. c. 1. p. 828.

ſive indole humani ingenii, receptum aliquando atque retentum aliquamdiu certa ex cauſa morem, etiam ceſſante iſta pro lege tueri. Blandina celebratæ ſanctimoniæ fœmina, referente ex literis Lugdunenſium atque Viennenſium ad Aſiaticos atque Phryges Euſebio, (p) nefandas cæſorum infantium dapes exprobrantibus Ethnicis, longius equidem aut ſententiâ aut ſaltem ſermone provecta; *Multum erratis, ô viri, quòd putatis infantum viſceribus veſci eos, qui ne mortuorum quidem animalium carnibus utuntur.* Tertullianus, (q) ineuntis ſeculi à Chriſto nato tertii ſcriptor, eandem calumniam à ſuis amoliturus: *Erubeſcat error veſter*

(p) Euſeb. H.E. V. i. in fin. (q) Tertull. Apol. cap. 9.

veſter Chriſtianis, qui ne animalium quidem ſanguinem in epulis eſculentis habemus, qui propterea quoque ſuffocatis & morticiniis abſtinemus, ne quo modo ſanguine contaminemur, vel intra viſcera ſepulto. Denique inter tentamenta Chriſtianorum botulos etiam cruore diſtentos admovetis, certiſſimi ſcilicet, illicitum eſſe penes illos, per quod exorbitare eos vultis. Porrò quale eſt, ut quos ſanguinem pecoris horrere confiditis, humano inhiare credatis? niſi fortè ſvaviorem eum experti. Qui etiam alibi (r) (jam quidem Montaniſmo apertè addictus) cuncta à Deo primum inſtituta, at vetuſtate abolita & obſoleta à Chriſto veluti renovata ſuoq; vigori reſtituta aſſerens: *In Chriſto omnia revocantur ad initium: ut & fides reverſa ſit à cir-*

(r) De Monog. cap. 5.

cumciſione ad integritatem carnis illius, ſicut ab initio fuit: & libertas ciborum, & ſanguinis ſolius abſtinentia, ſicut ab initio fuit: & matrimonii individuitas, ſicut ab initio fuit: & repudii cohibitio, quod ab initio non fuit: & poſtremò totus homo in Paradiſum revocatur, ubi ab initio fuit. Atq; in eodẽ, quo ſupra Blandina atque Tertullianus, tuendæ innocentiæ Chriſtianæ officio occupatus Minucius Felix: (s) *Nobis homicidium nec videre fas eſt, nec audire: tantumque ab humano ſangvine cavemus, ut nec edulium pecudum in cibis ſanguinem noverimus.* Origenes (t) ultra eam, quam ſupra jam retulimus cauſam, aliam abſtinentiæ huic adjungens, exem-

(s) Minuc. Fel. Octav. (t) In epiſt. ad Rom. II, 26. lib. 2. cap. 2. p. 483. 484.

emploq; oſtenſurus, etiam alienigenas una eademque lege connecti Numini quandoque placuiſſe, poſt allatam divinam conſtitutionem, advenam pariter atque Iſraëlis proſapiâ genitū ſangvinis eſu prohibentẽ, *Vides*, adjicit, *hancde obſervatione ſangvinis legem, quæ communiter & filiis Iſraël & advenis data eſt, obſervari etiã à nobis, qui ex Gentibus per Jeſum Chriſtum credimus Deo. Nos enim proſelytos & advenas ſcripturæ nominare conſvevit. Ideo erga legem de obſervatione ſangvinis communem cum filiis Iſraël etiam gentium ſuſcepit Eccleſia. Hæc namque intelligens in lege ſcripta, tunc beatum illud Apoſtolorum concilium decernebat, dogmata & decreta gentibus ſcribens, ut abſtinerent ſe non ſolum ab his, quæ idolis immolantur, & à forni-*

catione, ſed à ſanguine & à ſuffocato. Clemens Alexandrinus (u) non objurgans tantum ſed & mala imprecari auſus, qui contra facerent; *Pereant immanes belluæ, quibus eſt cibus ſangvis. Neque enim fas eſt hominibus ſangvine veſci, cui corpus nihil aliud eſt, quàm caro ſangvine velut elaborata atque exculta.* Pacianus Barcinonis (x) Epiſcopus nimius fortian iſtam in partem poſt relata Epiſtolæ hujus Synodicæ verba, *hæc eſt*, ſubjicit, *novi teſtamenti tota concluſio. Deſpectus in multis Spiritus Sanctus, hæc nobis, capitalis periculi conditione, legavit. Reliqua*

(u) Clem. Alex. Pædag. III. 3.
(x) Pacian. Paræn. ad Pœnit. Bibl. PP. Tom. 3. Col. 452. 453.

liqua peccata, meliorum operum compenſatione curantur; Hæc verò tria crimina ut Baſiliſci alicujus afflatus, ut veneni calix, vel letalis arundo, metuenda ſunt. Non verò vitiare animam ſed intercipere noverunt. Quare tenacitas humanitate redimetur, convitium ſatisfactione penſabitur, triſtitia jucunditate, aſperitas lenitate, gravitate levitas, & quæcunque contrariis emendata, proficiunt. Quid verò faciet contemptor Dei? Quid aget ſangvinarius? Quod remedium capiet fornicator? Nunquid aut placare Dominum, deſertor ipſius poterit; aut conſervare ſangvinem ſuum, qui fudit alienum; aut redintegrare Dei templum, qui illud fornicando violavit? Iſta ſunt capitalia, fratres; iſta mortalia. Qualibus etiam præceptis Catechumenum Cy-

 rillus

rillus Hieroſolymitanus imbuit. Auguſtinus (y) denique, quamvis Edicti de ſuffocato minorem jam, imo nullum uſum ſupereſſe verbis infra recenſendis teſtetur, aliud tamen de Morticino non obſcurè innuit loco ſupra allato, eam prohibitionis cauſam ex diſciplina Medicorum mutuans, quod animalium eo modo mortuorum morbida caro ſit, humani corporis, cujus in gratiam alimentis utimur, incolumitati inſenſa. Quin publica etiam Conciliorum auctoritate id confirmatum renovatumque deprehendimus. Apoſtoli, uti perhibentur (Decreto Hieroſolymitano, ſuæ ſcilicet ipſi legi ſuffragaturi,) Canone quodam:

(y) Auguſtin. contr. Fauſt. XXXII. 13.

dam: (z) *Si quis Epiſcopus vel Presbyter vel Diaconus, vel omnino ex numero ſacerdotali comederit carnem in ſangvine animæ ſuæ, vel quid à feris captum, vel morticinium, deponatur. Hoc enim lex prohibet; ſi autem laicus, ſegregatur.* A Gangrenſis Concilii Patribus (a) adverſus Euſtathianos carnes ad modum Encratitarum atque Manichæorum abominantes, ſtatutum: *Si quis carnem præter ſangvinem aut idolis immolatum & ſuffocatum, cum religione & fide edentem condemnat, velut ſpem propter hujusmodi perceptionem non habentem, anathema ſit.* Pertinet huc Canon Synodi Ancyranæ (b) de

(z) Canon. Apoſt. 63. (a) Canon. 2. Gangrenſ. ap. J. L. Ruel. Hiſt. Concil. Tom. 2. p. 385 (b) Can. Ancyr. 3.

Epiſcopo vel Clerico, atque de laicis, qui carnem in ſangvine vel à feris captam aut ſuffocatam devoraſſet. Ita & à Concilio Aurelianenſi (c) Eccleſiæ cœtu prohibentur, qui beſtiarum morſibus extincto, vel quolibet morbo, aut caſu ſuffocato veſcuntur. Neque minori ſeveritate Patres Concilii Conſtantinopolitani ſeculo ſeptimo exeunte in Trullo (d) celebrati ad divinarum legum auctoritatem provocantes; *Sacra Scriptura nobis præcipit, ut abſtineamus à ſangvine & ſuffocato & fornicatione. Merito ergo damnamus eos, qui cujuscunq; ſangvinem arte aliqua condiunt, & ſic comedunt. Qui hoc fecerit, cleri-*

(c) Can. 20. Aurel. II. Tom. 3. p. 659. (d) Can. 67. Concil. Trull.

clericus deponatur, laicus excommunicetur. Imperioſius, uti quidem Principem decebat, Leo imperator, (e) vergente jam ad finem ſeculo nono, Conſtitutione, quam integram hîc referre non abs operæ pretio duximus. Simul olim ,,legislatori Moſi ſangvine ve-,,ſcendum non eſſe mandavit ,,Deus, ſimul ab iſtiusmodi ci-,,bo abſtineri debere à præco-,,nibus gratiæ eſt conſtitutum. ,,Et quanquam tum veteris ,,tum novæ gratiæ tempore ,,illa res vilis habita ſit, & ne-,,ſaria: eò tamen contumaciæ ,,imo vecordiæ homines pro-,,ceſſere, ut neutri legi aurem ,,præſtent morigeram. At ,,contra alii lucri, alii gulæ cau-,,ſa, ſumma cum impudentia ,,mandatum contemnunt, in

(e) Leon. Novell. 58.

„eſcamque qua veſci vetitum
„eſt, ſangvinem convertunt.
„Perlatum enim ad aures no-
„ſtras eſt, quod inteſtinis tan-
„quam tunicis illum infar-
„ctum, velut conſvetum ali-
„quem cibum ventri præbeant.
„Quod tolerari non debere,
„imperatoria noſtra majeſtas
„rata, neque tam impio ſoli gu-
„læ inhiantium hominum in-
„vento, nunc præcepta divina
„nunc reipublicæ noſtræ hone-
„ſtatẽ dedecore affici ſuſtinens
„jubet, ne quis id ſcelus, neque
„ad ſuum uſum, neque ut em-
„ptores deteſtando cibo con-
„taminentur, ullo modo exer-
„cere audeat. Ac ſciat qui-
„cunq; dehinc divinum man-
„datum contemnere, ſangvi-
„nemq; in cibum convertere,
„(ſive vendat emat) depræ-
henſus

„henſus fuerit, ſe bonorũ publi-
„cationi ſubjiciendum, & ubi a-
„cerbum in modum flagris cæ-
„ſus, ac cute tenus fœdè tonſus
„erit, perpetuo patriæ exilio
„multandum eſſe. Et ſive hujus Edicti acerbitate territi, aut obſequii in Apoſtolos ultra quam forſan neceſſum foret, morisve ſemel recepti conſvetudinis amore aut reverentiâ quadam, retinentes, aut etiam odio in Romanam Eccleſiam tales cibos admittentem ſtimulati Græci, (f) eos averſari ne nunc quidem, quod ſciam, deſiere. Quàm rectè, judicent, penes quos cauſarum talium notio atqve arbitrium eſt.

XXXVII.

(f) Edoard. Brerewod. ſcrutin. Relig. c. 6. 9. Joh. Arnd. Lex. antiq. verb. cibor. delect. §. 11.

Penitior disquiſitio in ſententiam & rationem hujus Decreti.

XXXVII. Mihi legis Apoſtolicæ occaſionem, cauſam, finemque penitius cogitanti, ex quibus ejus interpretandæ, producendæ, aut reſtringendæ rationem maximè peti neceſſum eſt, haud difficulter perſuaderi patiar, non aliam in condenda iſta mentem fuiſſe, quàm ut Gentiles in Eccleſiam cooptati libertate ſua eo modo uterentur, ut iſtis in capitibus diſciplinæ Chriſtianæ, conci liandis Chriſtianorum Judaicæ proſapiæ animis, hactenus ſaltem horum voluntati morem gererent, quantum id ſanciendæ confirmandæque inter utrosque novæ ſocietati expediret; quam levem adeò ob cauſam, gulæque intemperantiâ, periclitari, violari aut negligi, nimium aberat ab officio hominum, quos à viliori tur-

turba mutuæ charitatis eximiâ quadam notâ diſcerni, reditum jam ad Patrem cœleſtem parans Servator (g) voluerat. At verò mutata rerum atque temporum facie, aut nullus forte Edicti iſtius aut ſaltem laxior atque infrequentior uſus eſt. Egregiè, uti ſolet, hunc in ſenſum Auguſtinus (h) adverſus Manichæos diſputans: *Etſi hoc tunc apoſtoli præceperunt, ut ab animalium ſangvine abſtinerent Chriſtiani, ne præfocatis carnibus veſcerentur, elegiſſe mihi videntur pro tempore rem facilem, & nequaquam obſervantibus oneroſam, in qua cum Iſraëlitis etiam gentes, propter angularem illum lapidem, duos parietes in*

(g) Joan. XIII. 34. 35. (h) Auguſtin. cont. Fauſt. Manich. XXXII. 13.

ſe condentem, aliquid communiter obſervarent, ſimul & admonerent, in ipſa arca Noe, quando Deus hoc juſſit, Eccleſiam omnium gentium fuiſſe præfiguratam: cujus facti prophetia, jam gentibus ad fidem accedentibus, incipiebat impleri. Transacto verò illo tempore, quo illi duo parietes, unus ex circumciſione, alter ex præputio venientes, quamvis in angulari lapide concordarent, tamen ſuis quibusdam proprietatibus diſtinctius eminebant: & ubi Eccleſia gentium talis effecta eſt, ut in ea nullus Iſraëlita carnalis appareat, quis jam hoc Chriſtianus obſervat, ut turdos vel minutiores aviculas non attingat, niſi quarum ſangvis effuſus eſt, aut leporem non edat, ſi manu à cervice percusſus, nullo cruento vulnere occiſus eſt? Et qui forte

pauci

pauci adhuc tangere iſta formidant à cæteris irridentur. Quin diſſidii, cui componendo lex iſta placuit, originem, partium, inter quas res agebatur, conditionem, inſcriptionem Epiſtolæ atqve Legationem decretam obitamqve animo volventi iſtud in mentem venit (quod jam ab aliis (i) quoqve obſervatum, poſtea animadvertimus) non alios, quam qui rem ad Concilium detulerant, Antiochenos nimirum, reliquas Syriæ, Ciliciæ, atqve his finitimas regiones Edicto ſuo obſtringere voluiſſe Apoſtolos ceterosqve, qui Legi ſcribendæ adfuerant; inde ad alios quoque reverentiam atqve obſequium legis tantis Auctoribus latæ fluxiſſe. Conſideranti tamen

(i) Tim. Geſſel, H. E. part. 1. p. 233.

tamen, non tantùm id, (k) quod Princeps Edicto ſua ſponte præcepit, ſed quod vel cognoſcens decrevit, aut etiam de jure interrogatus Reſcripto atque per Epiſtolam conſtituit, legis loco haberi, haud grave fuerit, ab opinione dimoveri, incerta tantum ſuſpicione ſubnixa. Quin & Fidelibus ex gentilitate (nulla locorum nationumqve mentione,) *indefinitè*, quod ajunt, id injunctum, aliâ occaſione (l) indicatur. Imo ſufficere poterat, etiam ſine expreſſa lege, legis tamen cauſa atqve ratione teneri. Ita deguſtatione Idolothytorum quamcunqve aut conjecturam aut ſpeciem Idololatriæ præbere, non certè iſtius foret, cui

(k) §. 6. Inſtit. de J.N. G.& C.
(l) Act. Apoſt. XXI. 25.

cui in Deum pietas; atqve hominum religionis ſuæ ſociorum cura aut verecundia ſit. Atqve intemperantis nimium gulæ argumentum fuerit, fratrem, cœleſtium munerum participem, quem qualicunqve abſtinentia ſervare licuerat, inconſultis dapibus, quantum in te fuerit, perditum ire. Quod ne nunc quidem cuicunqve Chriſtiano fas eſſe, nullus, ſpero, Chriſtianorum abnuerit. Ita legi totiens Apoſtolicæ, quoties rationi, cui iſta innititur, locus erit.

XXXVIII. Huc usque fermè ſcriptio hæc noſtra pervenerat, cùm nobis amici benevolentiâ obveniretLibellus, quo iſta maximè de ſangvine atque ſuffocato quæſtio tractatur, cujus ſententiam uti noſtris in pleriſque congruentem deprehendimus, *Diſceptatio hujus quæſtionis inter alios inſtituta.*

dimus, ita non mirari haud poteramus non verborum minus acerbitatem, quàm importunitatem, (ut ita dicam,) argumentorum, quibus contra adverſarium pugnare, iſto belli genere non inhoneſtum duxit, qui ſive aſſerendæ adverſus iſtum veritatis (quod in ſumma rerum facilè largiamur) ſive tuẽdę paternæ exiſtimationis partes ſuſceperat; Auctor haud indignus, quam non ſine honore compellaremus, niſi modeſtius arbitraremur, abſtinere nomine viri, qui qualicunque diſſenſu ſeſe laceſſitum cenſere poſſet.

Judicium de ea. XXXIX. Omittimus, quo jure quave injuriâ inceſſat Auctor (m) Adverſarium, abſtinentiam à ſangvine ut cultum quendam Dei jactitantem, captâ inde occaſio

(m) §. 3.

caſione inquirendi, An abſtinentia talis *per ſe* pro tali cultu habenda ſit, neque enim nobis conſtat, an iſta Adverſarii, contra quem diſputat, opinio ſit. Deum ſanè (n) aut obſequio in legem, aut in fratrem amore, ab iſto coli, qui à ſangvine ſive qualicunque cibo aut ita à Numine juſſus, aut pietate in iſtũ, & ne huic noxæ foret, Gulæ indulſiſſe, ſeſe contineat, nemo fortè ita ad pugnam avidus fuerit, ut negare auſit. Neque multùm hîc de eo contendere lubet, an carne veſci licuerit hominibus, quibus ante inundationem iſtam vivere contigit, quæ, ſi Noachi familiam eximas, toti humano generi exitium tulit, id quod cùm affirmare lubuerit Auctori, (o) ipſe, qui-

(n) p. 25. (o) §. 4. p. 37. & ſeqq.

quibus argumentis ſententiam contrariam à ſe amoliatur, curæ habebit. Iſtud difficilius aut aſſequare, aut toleres, quod ait, (p) legem iſtam Noacho ejusque filiis terræ redditis latam, non *abſolutè moralem*, (ita Auctor), adeòq; nec perpetuam fuiſſe, quod Effatum non uno vitio laborare videtur. Certè non aliò Edictum illud quàm ad carnem pertinere ſuo adhuc in cruore palpitantem, quam anima nondum tota deſeruit, ipſe non fatetur tantùm, (q) ſed & gravibus cauſis argumentisque propugnat, cujus eſum equidem humanitati repugnare atque ad belluinam ferociam accedere, ne ipſe quidem utcunque Adverſario infenſus, diffiteri (r) ſuſtinuit. At quis aut a-
lieno

(p) d. §. 3. p. 25. 26. (q) d. p. 37. & §. 6. - 10.

lieno adeò ab humanitate, aut tam hoſtili in Adverſarium animo ſit, ut ad diſciplinam morum ſpectare neget, quæ humanitati adverſantur, atque hominem belluis ſimilem reddunt, quas hac ſaltem in parte imitari, ipſa hominis natura, utcunque cetera miſerè ſatis corrupta atque in affectus bellui-nis non impares fœdiſſime effuſa abhorreat. Neque, utcunq; iſta ſeſe habeant, non perpetuam vim obtinent obligandi etiam ea, quæ nullâ ſui naturâ aut honeſta aut turpia obſervari tamen voluit Numen, cui quacunque ratione jubenti aut vetanti, homini, niſi peccare malit, parére neceſſum eſt; hactenus ſaltem, donec antiquatam eam ab ipſo abrogatamque, legitimis indiciis conſtet. Nihil ſanè vitii inerat arbori, à qua con-

contra Interdictum divinum, manum gulamque non continuiſſe, tantis nobis diſpendiis conſtat; haud alio quàm neglecti obſequii, (grandi quidem ſatis) in ſummum Principem crimine, penes quem erat, imperii reverentiam quocunque modo experiri; ſubi neſcio quid in mentem venerit Auctori, (s) ab Adverſariis idem urgentibus per ludibrium ſciſcitari, cur non iſtud quoque Edictum, de vetita ſcilicet arbore, obſervent, cùm par hujus cum altero iſto ratio ſit, obſequii nimirum Gentis humanæ Autori pariter atq; Reſtauratori præſtandi. Non certè tam iniquum in Adverſarios Auctorem exiſtimaverim, ut contrectatæ infauſtæ arboris crimen impingere auſit, in quam

(s) d. p. 26.

quam ne iterum peccari poſſit, illicò poſt violatos inofficiosâ manu fructus proviſum eſt, arbore cum horto, cujus ipſa pars erat, abolitâ. Et verò facilè ſeſe à facinore excuſabunt iſti, quod ne à volentibus quidem atque peccare maximè geſtientibus patrari poſſe, certiſſimum eſt. Ita perpetuas eſſe leges de inceſtis nuptiis à Numine latas, (t) non puto Auctor ivicias iverit, quas tamen *abſolutè morales* eſſe, vetant nos credere contracta filiorum primi hominis cum ſororibus matrimonia, legitima atque pia, neque ulla inceſti labe notata. Denique, ut propiori exemplo Auctorem urgeamus, addita Edicto noſtro de cæde hominis ſangvine paricidæ pianda ſanctio (u) ne nunc quidem

(t) Levit. XVIII. (u) Gen. IX. 6.

dem legis vigoremretinere deſiit; quamvis aliquando, in Aulis præſertim, religione potior gratia, aut ambitio, aut hiſce omnibus validior pecunia ſit. *Nec enim*, uti huc accommodemus iſta Cypriani, (x) alia quidem occaſione dicta, *perſonam in ejusmodi rebus accipere, aut aliquid cuiquam largiri poteſt humana indulgentiâ, ubi intercedit & legem tribuit divina præſcriptio.* Queîs equidem minori pœnâ defungi licuerat, niſi capitalem Lege, non Juliâ mitiori, Numen ſanxiſſet. Et quis abrogatam eam credat, niſi idoneis argumentis probanti? Aſt ita hallucinari æqvum eſt eos, qui bonam etiam cauſam ſui ſuorunque amore potius atque ſtudio, quàm veritatis defendunt. Quamvis argumento

(x) Cyprian. Ep. 68. ſub pr.

mento hoc parum urgeri, fateamur, eos, (z) qui etiam occiſi hominis veniam fieri poſſe, exiſtimāt. Et ne quid aut in vidiæ cōcitandæ, aut oſtentandæ ſaltem intemperiei deſit, veſanam ſuperſtitionem, hæreſin culinariam, aliaque hujus notæ in Adverſarios cumulat Autor, & ne de botulis tantum farciminibusque certamen ſuſceptum videatur, etiam libertatis Chriſtianæ periculum, ipſiusque Eccleſiæ ruinam minitatur, (y) niſi improbato aliis victu quantum lubet, impleri permittas. Honeſtius videlicet atq; glorioſius erat, non pro aris minus ac focis pugnare, atque ita rem gerere, ut periclitari hîc Eccleſiæ fortunam, in hoc aut ſervari aut perire opes noſtras, fermè metueres. Et congruebat, pro

(y) p. 17. 20.

ſangvine depugnantem (z) fervidius aliquantum dimicare, ſatis modeſtiæ uſurpaturum, ſi quam in beſtiarum cruorem ſibi ſalvam cupit licentiam, ab hoſte, ſanguinem adeò averſante, cohibeat. Quanquam ne hos quidem probemus, qui quos ipſi aſpernantur cibos, ceteris quoque illicitos volunt, judicii, quâ ipſi pollent, fragilitate, alios metientes. Permittant libertatem, quam ſibi conceſſam iſti non levibus argumentis exiſtimant. Neque rurſum ignominioſis nominibus abſtemios iſtos traducant, quibus fortior pro gulæ libertate ſententia ſtat. Neque enim flagitiũ eſſe arbitror, peccandi quaquam

(z) Thomas Barlo. Conſil. Conſcient. II. Relat. A.E.L. 1692. p. 165. Hier. Brückner, Deciſ. jur. matrim. Prooem. n. 55.

quam falſo, non tamen omnino vano metu, à periculo violandæ pietatis ſeſe immunem velle; quibus equidem ſatis ſupplicii fuerit, ceterorum rectius ſentientium irriſu damnari. Modeſtius certè priorum ſeculorum homines, nimiam talium ſanctimoniam ſolo riſu inceſſebant; facilè cetera paſſuri, ſuo iſtos ingenio ea in re frui, qua non peteretur veritatis Chriſtianæ jugulum, nullum ſaluti æternæ periculum eſſet.

OBSERVATIO II.

DE SACRIFICATIS, Libellaticis, iisque qui perſecutionem aut pretio aut fugâ evaſerant.

 I. An-

(a) Steph. le Moyne Not. in var. ſacr. Tom. 2. p. 269.

I.

Perſecutionum frequentia.

ANguſtiori adhuc Eccleſiæ ſtatu, Gentilium Principum arbitrio atque libidini expoſitæ, ſæpius eveniebat, ingruente ab iſtis tempeſtate, Chriſtianos de bonis, libertate, vita, & quod maximum erat, ipſa, quam ſoſpitatori ſuo addixerant, fide, quamque hæc ſecum trahit, de ſalute periclitari, plurimis aut corpore aut animo, aut utroque mollioribus, quam ut ad mortem uſque, plerumque per exquiſitiſſimos cruciatus ſubeundam, durarent, venerationem in Deum, non omiſſuri, ſi non conſtantiam ſupplici aut metus aut dolor excuſſiſſet.

De fide ob perſecutionem neganda ſententia.

II. Extitere equidem, qui & ipſi Chriſtiano nomine ſeſe jactitantes, abſurdæ noxiæque ſuperſtitionis eſſe arbitrabantur,

tur, per tanta damna fidem Numini ſalvam præſtare, quam, utcunque aliud ſimules, ſaltem animo illibatam ſervare licueerat. Ita Simon Magus (b) referente Origene, quo plures ſibi pararet diſcipulos, eos à periculo mortis immunes voluit, quam, ubi religionis cauſa poſceret, non ſubire velle, atque vitæ uſum Numinis honori anteponere, extremæ impietatis loco melioris notæ Chriſtiani habuerant; Ex hujus ſchola profecti Menandriani pro Deo mori, inconſultum duxere, ſine cauſa perire rati, qui vitam, quam ſimulatione tueri pronum erat, inconſulta profeſſione projeciſſent. * Ejuſdem furfuris Baſilides, & qui ex hujus diſciplina impietatem ſimul

Simonianorum.

Menandrianorum.

Baſilidianorum.

(b) Orig. cont. Celſ. VI. 6.
* Tertull. de Anim. c. 50.

nomenque traxerunt, liberam ſibi negandi confitendive, prout aut tempus ferret aut poſceret neceſſitas, facultatem relictam voluere.(c) Ad quem modum etiam Elxaitæ ſive Helceſaitæ, (d) haud nefas eſſe arbitrabantur, jubente ita, & niſi obſequare, mortem minitante Principe, ſimulacra colere, modo mente ab impietate, quam vultu atque ore præ te feras, abhorreas, ſententiæ ſuæ firmandæ neſcio quem Phincen, Aaronis ex Phinea ſtirpe oriundum auctorem memorare auſi, qui Babylonica captivitate cum po-

Helceſaitarum.

(c) Orig. in Matth. XXIV. Tr. 28. (Tom. 2. p. 136. add. Tr. 29. p. 44.) Euſeb. H. E. IV. 8. Philaſtr. hær. 4.

(d) Epiphan. hær. 19. Euſeb. H. E. VI. 28. (37.) Auguſtin. de hæreſ. n. 10.

popularibus detentus Dianam adoraverit, atqve ingruentem ſibi, nî pervicaciam religionis obſequio in Principem mitigaret, mortem, Dario rerum potiunte, effugerit. In hanc deniq; incolumitatis curam conſenſit integra Gnoſticorum natio, quos martyrium non detrectantes tantùm, ſed &(quo nempe honeſtius id à ſe amolirentur,) improbantes, peculiari libro, cui *ſcorpiaco* nomen indidit, Tertullianus refellit. Placuere tam commoda ſecuritati humanæ ſcita etiam Priſcillianiſtis, (e) Magiſtri ſupplicio, ob dogmatum pravitatem, raro quidem tum atq; novo inter Chriſtianos exemplo illato, ne ab iſtis decederent, magis permoti. Dementiam videlicet,

Gnoſticorũ in univerſum.

Priſcillianiſtarum.

(e) Auguſtin. Tom. IV. cont. Mendac. ad Conſent. c. 2. 11.

cet, cum Gentilibus, tantam ſui vilitatem Chriſtianis exprobrantibus, (f) ut potiorem pietatis quàm vitæ ſuæ rationem haberent, improbi homines exiſtimabant, quòd cùm poſſent ſacrificare in præſenti, & illæſi abire, manente apud animum propoſito, obſtinationem ſaluti præferrent. Impingit eandem ſententiam Vigilantio Hieronymus, (g) ita tamen, ut eam obtruſiſſe inviſo ſibi homini, non in eo deprehendiſſe, ne ipſe quidem diſſimulet, ſcilicet quamvis non ita dixerit Vigilantius, ita tamen, quaſi dixerat, habendum eſſe pronuncians, inflictâ nempe *per Conſequentiam*, ut ajunt, opinione, quam tamen à ſeſe

Vigilantii.

(f) apud Tertull. Apol. c. 27.
(g) Hieron. adverſ. Vigilant. Tom. 2. p. 85.

ſeſe amoliri facilius fuerat iſti, quàm Hieronymo, cauſas cumulandæ in adverſarium invidiæ undiquaque conquirente, ſeſe à crimine aut ſuſpicione calumniæ tueri. Neque enim ſangvinem pro fide in Servatorem profundendum eſſe negat, qui homines, tam glorioſa morte defunctos, Deorum ferè in modum venerari detrectaverit; quæ ſola in Vigilantium irarum atque criminationis origo atq; cauſa Hieronymo fuit. At ne priſcorum temporum tantum ea veſania eſſet, reperti nupero quoque atque noſtro, cui adhuc immoramur, ſeculo (h) fanatici, qui à Henrico Nicolai Monaſterienſi nomen ſortiti, præter alia (ſuæ *Henrici Nicolai.*

 cre-

(h) Jo. Boſ. de ſtat. Europ. Diſſert. 3. §. 28.

credo pravitatis conſcii, adeoque effugiis atque elabendi rimis intenti) externam religionis profeſſionem non ita neceſſariam, neque pro ea certandum, aut grave quid atque moleſtum ſubeundum ſtatuerunt, Valentinum Weigelium, celebrem profanorum errorum vecordiâ hominem, tam benigni dogmatis ſectatorem nacti, nullum crimen arbitrantem, quam animo complectaris fidem, ſermone negare. Atque hac ipſa ratione Magnus, Valentis Imp. in aulâ Largitionum Comes, (i) ut Arianorum cœtui ſeſe aggregarent, quibusdam eum averſantibus perſuaſurus, *Veniam*, inquit, *vobis Numen, etiamſi veſtra ſit vera religio,*

Valentini Weigelii.

(i) Apud Theodorit. H. E. IV. 22.

gio, ſacile daturum eſt, qui non veſtra ſponte, ſed vi coacti feceritis. Coactioni enim ſemper defenſio relinquitur, voluntatis autẽ eſt accuſatio. Quos imitatꝰ Filliucius (k) adorationẽ idoli in culpam imputari negat, ad quam quis imperio minisqve alterius, non ſua ſponte proceſſerit; eoque non melior Th. Hobbeſius, (l) flagitium non eſſe credens, Chriſtum negare, præcipiente ita Principe, cui quidvis jubenti, obſequium præſtare, nihil ille putat ab officio viri probi diſſentiens. Quibꝰ haud parum religioſior Celſus, (m) utcunq; Gentilis; à recta ſententia propter intentatum ab homine *Filliucii.* *Hobbeſii.*

G 6 quo-

(k) Filliuc. Collect. Tr. 21.c.2. (l) V. Rob. Scharrock. de offic. ſec. Jus Nat. IV. 9. (m) apud Orig. cont. Celſ. l. 10.

quocunque periculum aut diſcedere aut fingere diſceſſionem, & quæ animo ſentias, verbis inficiari, improbum exiſtimabat: eaque etiam ratione iſtos arguens, qui cum Chriſtianis ſentientes id tamen negare aut diſſimulare ſuſtineant. Quam in ſententiam idem piè ac graviter: (n) *Si quis urgeat Dei cultorem, ut aut impium aliquid aut turpe faciat, non eſt parendum, ſed & contra tormenta* (n) *ferentes reſiſtendum fortiter, etiamſi mori oporteat, citius quàm aut loqui aut cogitare de Deo quicquam, quod pietati non conveniat.* Eumque in ſenſum fortius, uti quidem decebat ex diſciplina Chriſtiana militem haud gregarium, Gordius (o) ſimilibus iſtis, quales Magnum ex-

(n) VIII. 26. (o) Baſil. M. in Gord. Mart. ſub fin.

expugnandis animis ad meliorem religionem obfirmatis, fruſtra quidem adhibuiſſe memoravimus, illecebris tentatus. *Negem ego Deum meum, in cujus cultu ſum educatus? Nonne cœlum, ſol, & aſtra omnia, lumen mihi clauderent ſuum? Credam profectò, humum quam pedibus tero mihi ruituram. Nolite errare. Deus nequaquam irrideri poteſt, ex ore noſtro nos judicat, ex noſtris, inquam, verbis nos ſervat & damnat. Nonne tremendam Domini ſententiam audiviſtis: Qui me negabit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt? Mihi conſulitis, ut Deum noſſe diſſimulem? Quamobrem? ut vitam prorogem? mortem differam? dies adjiciam? At ſupernæ vitæ longævos perdam annos. An ut corporis cruciatus effugiam?*

At ſic non videbo bona juſtorum. Nam ire perditum, deditâ operâ & fraude ac dolo, ſævas tartari pœnas mercari, manifeſta inſania eſt.

Lapſi. III. At pauciorum hæc impietas fuerit. Plerique ſanctioris Eccleſiæ Cives ingruente à Principibus religioni infenſis terrore, vim animo prius, defectionem à Servatore ſuo ægrè molientes, quàm corpore experti, neceſſitati, quæ fragilitatem ipſorum urgebat, non niſi ægrè ſuccubuere, non quòd id licere ſibi perſvaſum haberent, ſed quòd minis aut dolori impares, quantocunque animæ damno, incerto tamen, & forſan cum tempore reparando, vitam adeò mortalibus caram, aut ſupplicia ſaltem ipſa morte acerbiora redimenda, cenſerent. Eorum Cypriani

ævo,

ævo, ſæviente tum Decio, duo genera fuere, *ſacrificatorum* unum, alterum *Libellaticorum*, conditione atque gravitate delicti pariter atque appellatione diſtincti. *Eorum duo genera.*

IV. De *ſacrificatis* nulla difficultas eſt, eos ſcilicet iſta Claſſe contineri, qui oblatis ſacrificiis, ad Paganiſmum reverſi eſſent, ſive ut Cypriani verbis (p) crimen deſcribamus: *qui ſacrilegis contactibus*, nefandis videlicet ſacrificiis, *manus ſuas atque ora maculaſſent*, quos iſto, quod diximus, ſacrificatorum vocabulo non una vice compellat. Pertinent ad hos Thurificati, qui injecto ad Deûm *Sacrificati.*

(p) Cyprian. Epiſt. 15. (3. Ep. 5.) Epiſt. 55. (1. Ep. 3.) Serm. de Lapſ. Ep. 54. (4. Ep. 2.) p. ead. Ep. 54. ſub pr.

ûm altaria thure, fidem, quam eò usque coluerant, prodidiſſent; quavis facile crediderim, etiam alios nomine iſto aliquando ſignificari, qui ſive thure ſive alio quovis ſacrificii modo ſuam in Numina iſta reverentiam teſtati, à vero Numine defeciſſent.

Libellatici. V. Haud facilis æqvè atque expeditu prompta de Libellaticis quæſtio eſt; quale ſcilicet fuerit crimen, quo ſeſe illi obſtrinxerint; quo quidem in negotio certi quid aſſeverare, eò magis periculo obnoxium, quod ejus rei adeò à ſeculi noſtri uſu remotæ non niſi apud Cyprianum mentio extet, ut ferè inde ſuſpiceris, iſtius tantum ævi id gentilium ad circumveniẽdos Chriſtianos commentum, eam noſtrorum labem fuiſſe. Grande utique id

id nefas habitum, gravique, pro temporum iſtorum diſciplinâ, cenſurâ piandum, ex Cypriano apparet, à quo, quamvis ſacrificiis abſtinuerint, *nefandis libellis nihilominus conſcientiam polluiſſe, libello, libelli labe maculati, quorum etſi manus puræ ſint, atque ora feralis cibi contagia nulla polluerint, conſcientiam tamen polluta ſit; maculati nefando libello, Idololatriæ, libelli facinore conſtricti* (q) dicuntur; ex quibus quidem graviter peccaſſe tales haud incertum; quomodo aut quousque peccaverint, adhuc in ambiguo eſt.

VI. Neque enim tutò aſſentiare

(q) Epiſt. 15. (3. Ep. 5.) Ep. 52. (4. Ep. 2.) Ep. 54. Ep. 68. (1. Ep. 4.) ſub pr. & non longè à fin. Serm. de Lapſ. Jac. Pammel. ad Cypr. Epiſt. 52. Albaſpin. de veter. Eccleſ. Rit. 11. Obſerv. 21. §. 4.

Sententa de eis Albaſpinæi. tiare Gabr. Albaſpinæo, (cui etiam modo ſaltem quodam aſſentire videtur Pammelius,) elogiis iſtis eos à Cypriano denotari aſſerenti, qui in carcere conſtituti, ut imminentes capiti pœnas effugerent, libello affirmarint, ſe neque eſſe neque fuiſſe Chriſtianos. Unde etiam putat,(r) neque pecuniam hos Magiſtratui Gentili obtuliſſe, neque accepiſſe libellum, quorum neutro opus fuerit poſt fidem publica teſtatione ejeratam, quam exuiſſe jam ſatis erat ad averruncanda ſupplicia, ſoli conſtantiæ deſtinata. At incerta hæc atque talia ſunt, inquam, quibus aſſenſum ſine erroris periculo haud commodes. Neque enim uſpiam veſtigia ſatis certa deprehendas, oblati à Chriſtianis, ſed accepti tantùm libelli.

(r) §. 5.

Libelli. Ex quo etiam refellitur iſtorum opinio, qui tria Libellaticorum genera ſtatuentes, primo loco illos conſtituunt, qui libellis ſupplicibus Principi aut Magiſtratui oblatis ſacrificandi neceſſitatem deprecati fuiſſent; qua quidem in re quid vitii inſit, ne iſtis quidem ipſis, qui ita ſentiunt, liquere crediderim. Neque enim quisquam facile ſibi perſvaderi patietur, eò usque provectam Chriſtianæ diſciplinæ auſteritatem, ut tanti criminis loco habuerit, ſalva in Deum fide, profanum à ſe obſequium precum humilitate amoliri.

VII. Baronius (s) rem ita geſtam exiſtimat. Propoſitis publicè Edictis, quibus religionem à ſe abdicare, Diisque ſacra facere jubebantur Chriſtiani, *Baronii.*

quos-

(s) Annal. ad A. C. 253. n. 20.

quosdam pudoris magis quàm pietatis atque fidei memores, Magiſtratui, negotio iſti præfecto, preces, & quæ his multo apud plerosque potior, pecuniam obtuliſſe, rogitantes, ut is privata negatione Chriſtianiſmi contentus à publicis ſaltem ſacrificiis immunitatem præſtaret, à quo poſt repudiatam utcunque fidem accepto libello, jam à publica abnegatione, aut quod in Chriſtianos, eam abnegare perſiſtentes, conſtitutum erat, ſupplicio, ſecuri redderentur. Neque argumentis ſuis ſententia iſta carere videtur. Presbyteri cum reliquo Clero Romano ad Cyprianum ſuam de cauſa Libellaticorum ſententiam perſcribentes, (t) ita facinus horum de-

(t) apud Cyprian. in Ep. 31. (2. Epiſt. 7.

deſcribunt, ut impiæ conteſtationis (de deſerenda videlicet fide) non adeò obſcurum indicium præbeant; *qui* ſcilicet *ſeipſos infideles illicita nefariorum Libellorum profeſſione prodiderant, quaſi evaſuri irretientes illos diaboli laqueis viderentur, quo non minus, quam ſi ad nefarias aras acceſſiſſent, hoc ipſo quod ipſum conteſtati fuerant, tenerentur*. Quorum verborum is ſenſus eſſe videtur, Libellaticos quantumcunque ſibi præ Sacrificatis placerent, publicæ defectionis propter oblata aut deguſtata ſacrificia reis, non tamen multo meliori Jure cenſendos, qui hoc ipſum, quod iſti ſolenniori ritu in ſe admiſerant, qualicunque conteſtatione profeſſi eſſent, divortium nempe à Servatore, cui nulla cum Diis iſtis eorumque cultu communio, aut qua-

lis-

liscunque commercii patientia eſſet; à quo, qui diſſimulant, deſciverunt, & quem jam ſatis negat, qui confiteri detrectaverit. Id quod clarius explicat Cyprianus, (u) *Nec ſibi*, inquiens, *quo minus agant pœnitentiam, blandiantur, qui etſi infandis ſacrificiis manus contaminaverunt, libellis tamen conſcientiam polluerunt. Et illa profeſſio denegantis; conteſtatio eſt Chriſtiani, quod fuerat, abnuentis; feciſſe ſe dixit, quicquid alius faciundo commiſit.* Et paulo poſt: *Derideri & circumveniri Deus non poteſt, nec aſtutiâ aliquâ fallente deludi. Plus imò delinqvit, qui ſecundum hominem Deum cogitans evadere ſe pœnam criminis credit, ſi non palam admiſit,* Id quod præſertim in iſtis obtinebat, qui apud Acta Chriſtianam religionem

(u) de Lapſ. p. 222.

nem à ſeſe alienam ſimulaſſent. Notat hos Clerus Romanus ſuâ ad Cyprianum Epiſtolâ, (x) *ſed etiam adverſus illos, qui acta feciſſent, licentiam ſuam utique ut ſic ſcriberentur, mandando feciſſent. Non eſt enim immunis à ſcelere, qui ut fieret imperavit: nec eſt alienus à crimine, cujus conſenſu, licet non à ſe admiſſum crimen, tamen publicè legitur*; à quo etiam (y) Martialis, actis publicè habitis apud *Procuratorem Ducenarium*, (Judicem, uti Jac. Pamelius adnotat, quartæ Decuriæ, tribus Judicum Decuriis ex inferiori cenſu ab Auguſto (z) adjectæ,) obtemperaſſe ſe Idololatriæ, & Chriſtum negaſſe conteſtatus, memoratur.

VII. At

(x) d. Ep. 31. (y) Ep. 68. ubi Pamel. n. 26. (z) Sveton. in Auguſt. c. 34.

Libellatici fidem non abnegantes.

VII. At verò ab ipſo negationis (diſertæ ſaltem) flagitio Libellaticos abſuiſſe, ex alio Cypriani(a)loco manifeſtum reddi videtur, ubi is, qui libellum acceperat, occaſionem juxta atque modum rei à ſe non ſatis piè geſtæ recenſens atque excuſans: *Ego prius legeram, & Epiſcopo tractante cognoveram, non ſacrificandum idolis, nec ſimulacra ſervum Dei adorare debere; & iccirco ne hoc facerem. quod non licebat, (cùm occaſio libelli fuiſſet oblata, quem nec ipſum acciperem, niſi oſtenſa fuiſſet occaſio) ad magiſtratum vel veni, vel alio eunte mandavi: Chriſtianum me eſſe, ſacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me venire non poſſe, dare me hoc præmium, ne quod non licet faciam.* Et fortean excipienti, eò

(a) Epiſt. 52.

eò tantum verba poſtrema, quibus maximè ſententia iſta nititur, pertinere, ut Libellaticus ſeſe à ſacrificii crimine, non ab omni defectione aut abnegatione integrum eſſe gloriaretur, regerere licet verba Cypriani proximè ſequentia. *Nunc tamen*, inquientis, *etiam iſte, qui libello maculatus eſt, poſteaquam nobis admonentibus didicit, nec hoc ſe facere debuiſſe, & ſi manus pura ſit, & os ejus feralis cibi contagia nulla polluerint, conſcientiam tamen ejus eſſe pollutam; flet auditis nobis, & lamentatur, & quod deliquerit nunc admonetur, & non tam crimine quàm errore deceptus, quod jam de cætero inſtructus, & paratus ſit*, (ad inſtaurandam ſc. majori animo pugnam) *conteſtatur.* At verò quem Chriſtianorum adeò officii ſui ignarum aut

H im-

immemorem fuiſſe putes, ut Chriſtum, etiam privatim negare licere in animum induceret, neque ſibi id facere nefas eſſe noſſet, niſi aliunde, facinore jam patrato, admonitus? Et confirmant iſtam opinionem Cleri R. ad Cyprianum literæ, quibus Chriſtum non negaſſe tales, (expreſſa quadam, ne privata quidem profeſſione,) ſed accepto tantum à Præſide, aut qualicunque Magiſtratu libello, ſpeciem eorum, qui abnegarint, declinandis moleſtiis, præ ſe ferre, & pro talibus haberi voluiſſe, oſtenditur. Ita nempe iſti facinoris iſtius indolem curatius perſcrutantes: *Cùm totum fidei ſacramentum in confeſſione Chriſti nominis intelligatur eſſe digeſtum; qui fallaces in excuſatione præſtigias quærit, negavit, & qui vult*

vult videri, propoſitis adverſus evangelium vel edictis vel legibus ſatis feciſſe, hoc ipſo jam paruit, quod videri paruiſſe ſe voluit. Non ſcilicet negaſſe, ſed præſtigias negationis quæſiviſſe; Edictis à profanis Principibus propoſitis non ſatisfeciſſe, ſed ac ſi ſatisfecerint, cenſeri voluiſſe dicuntur; ita, ut cùm plerisque non minus peccare volupe, atque facinus à ſe patratum diſſimulare aut inficiari, improba ſolertia ſit, hî verſo in contrarium negotio, crimen, à quo ſeſe qualicunqve nummorum diſpendio, quantum res ferebat, expedierant, oſtentato libello velut commiſſum agnoſcerent. Neque ſpernendum hîc iſtud ab Albaſpinæo allatum ex Cypriano argumentum (b) pejorem mœ-

(b) Albaſpin. d. obſerv. 21. §. 6.

chi quàm Libellatici cauſam eſſe affirmante; cujus ſanè conditio melior neutiquam futura fuerat adulteri causâ, ſi aut ſacra feciſſet Diis, aut ſe Chriſtianum inficiatus fuiſſet. Denique ad iſta quoqve aliquantiſper hæſitanti ſcrupulum ferè exemit Cyprianus, (ſive quicunque is fuerit, quamvis Cyprianum potius eſſe facile Pamelio adſenſerim,) alibi rei ſimili modo olim geſtæ recenſione ita negotium iſtud illuſtrans, ut jam de natura illius atque modo vix amplius ambigendum putemus. *Ac ne quis*, ait Cyprianus, (ſeu quicunque ſcripti Auctor fuerit,) (c) *vel libelli, vel alicujus rei oblata ſibi occaſione, qua fallat, amplectatur decipientium malum mu-*

(c) Cyprian. de Exhort. Martyr. c. 11. ſub fin.

munus; nec Eleazarus tacendus eſt, qui cùm ſibi à miniſtris regis offerretur facultas, ut accepta carne, qua liceret ſibi veſci, ad circumveniendum regem ſimularet ſe illa edere, quæ de ſacrificiis atque illicitis cibis ingerebantur; conſentire ad hanc fallaciam noluit, dicens nec ætati ſuæ, nec nobilitati convenire id fingere, quo cæteri ſcandalizarentur & in errorem inducerentur, exiſtimantes, Eleazarum nonaginta annos natum ad alienigenarum morem, relicta & prodita Dei lege tranſiſſe: nec tanti eſſe lucrari brevia vitæ momenta, ut offenſo Deo incurreret æterna ſupplicia. Et pauciſſimis interjectis: *Sincera prorſus fides & virtus integra ac ſatis pura, non regem Antiochum cogitaſſe, ſed Deum judicem; & ſciſſe, proficere ſibi ad ſalutem non poſſe, ſi hominem derideret ac falleret; quando Deus, qui conſcien-*

 tiæ

tiæ noſtræ judex eſt, & ſolus timendus eſt, nec derideri poſſit omnino nec falli. Non ſcilicet, ut carne vetita veſceretur, ſed ut veſci ſe ſimularet, Eleazaro perſvadere ſatagebant homines malè officioſi, demulcendo ſaltem atque propitiando Regi, cujus juſſa non ſine capitis detrimento adſpernari liceret. Ita ſi ratio ſua ſimilitudini conſtare debet, etiam libellatici iſti fidem non negabant, negaſſe tamen videri aut ambiebant aut tolerabant; eâ conſilii induſtriâ, & ſimulationis artificio incolumitati ſuæ conſulentes, ut ſi omnino peccandi neceſſitatem defugere non liceret, minus ſaltem iñ pietatem delinquerent, ignoſcentiorem DEUM, Eccleſiamque habituri, ſi non ſolenni publicoque facinore, aut privata etiam abnegatione à Nu-

à Numine deſciviſſent. Et ſufficiebat ad perfidiam contrahendam, eum, quem negare nefas eſt, confiteri noluiſſe. Egregiè Cyprianus, (d) *Plus ipſe delinquit, qui ſecundum hominem Deum cogitans, evadere ſe pœnam criminis credit, ſi non palàm crimen admiſit. Chriſtus in præceptis ſuis dicit:* Qui confeſſus me fuerit, confitebitur eum filius hominis. *Et Chriſtianum ſe putat, qui Chriſtianus eſſe confunditur, aut veretur? Quomodo poteſt eſſe cum Chriſto, qui ad Chriſtum pertinere aut erubeſcit, aut metuit?* Atque, uti in eundem ſenſum rectè quamvis ad ſententiam tuendam minus rectam, Tertullianus: (e) *Nolle confiteri, negare eſt.*

(d) de Lapſ. (e) Tertull. de Fuga in Perſec. §. 5.

Libellaticorum crimen aliquando cum abnegatione conjunctum.

VIII. Neque tamen temerè quis contendere auſit, Libellaticos quandoque non eò usque proceſſiſſe, ut fidem abnegarent; id quod à Martiali factum à Cypriano (f) diſertius narratur, quam ut inficiari aut quacunque interpretationis violentiâ invertere liceat; de quo quidem fateor, difficultatem oriri, quid ipſi profuerit, libellum accepiſſe, periculo, quod à religione ingruebat, publica abnegatione defuncto; cujus evadendæ viam circumſpicienti iſtud in mentem venit, ut ferè ſuſpicer, Martialem non apud Acta negaſſe Chriſtum, aut etiam id ſe feciſſe apud Acta confeſſum, ſed id facinoris Actis publicè habitis ſe deſignaſſe, extra iſta privatim coram Magiſtratu conteſtatum fuiſſe. Ita non apud Acta Chriſtum nega-

(f) d. Epiſt. 68.

verat

verat Martialis, ſed negaſſe ſeſe privatim, adeoque minori pudore mentiebatur. Quamvis non adeò nobis conjectura noſtra placeat, ut extra erroris jactum poſitam arbitremur, haud multâ cum moleſtiâ in eorum ſententiam deſcenſuri, (g) qui duo Libellaticorum genera conſtituunt, unum videlicet, eorum, qui datâ pecuniâ negandi neceſſitatem impetrato à Magiſtratu libello declinaverant; alterum iſtorum, quorum precibus nummisque id tantum conceſſum, ne fidem publico facinore ejurare cogerentur, vivendi licentiam & veluti commeatum privata perfidiæ profeſſione conſecuti. Et fortè ideo datus aliquando libellus quo ſeſe contra alios Chriſtia-

(g) Kortholt. de Perſec. Eccleſ. ſect. 8. §. 26.

niſmi arguentes tuerentur, comparatum in tempore adverſus alias delationes præſidium.

Crimen Libellaticorum (primi generis) crimine ſacrificatorum levius.

IX. At quodcunque fuerit, levius certè ſacrificatorum ſcelere Libellaticorum crimen fuiſſe, apertiſſimo Cypriani, ſeveriſſimi talium Cenſoris, aut judicio aut teſtimonio conſtat, *Ne tu exiſtimes,* (ita ibi ad Antonianum excuſandis (h) illis hiſtoriā certaminis inter Cornelium Epiſcopum R. & Novatianum perſcribens:) *ſicut quibusdam videtur, libellaticos cum ſacrificatis æquari oportere;* Atque expoſito etiam inter ipſos ſacrificatos diſcrimine, quorum ipſorum quoque non eadem ſemper cauſa atque conditio ſit: *Cùm ergo inter ipſos qui ſacrificarint, multa ſit diverſitas; quæ inclementia eſt, & quam acerba duritia,*

(h) Cyprian. Epiſt. 52.

victima, libellaticos cum iis qui ſacrificaverant jungeret? Atque alibi ita eorum cauſam commendans, ut tamen delicto non carere oſtendat: *Minus planè peccaverit non videndo idola, nec ſub oculis circumſtantis atque inſultantis populi ſanctitatem fidei profanando, non polluendo manus ſuas funeſtis ſacrificiis, nec ſceleratis cibis ora maculando. Hoc eò proficit, ut ſit minor culpa, non ut innocens conſcientia. Facilius poteſt ad veniam criminis pervenire, non eſt tamen immunis à crimine. Nec ceſſet in agenda pœnitentia atque in Domini miſericordia deprecanda, ne quod minus eſſe in qualitate delicti videtur, in neglecta ſatisfactione cumuletur.*

X. Quam etiam ob rem orta quæſtione, qua ratione recipiendi eſſent, qui à fide atque Eccleſia ſive Sacrificio Diis oblato *Ideoque mitior Eccleſiæ in iſtos cenſura.*

 aut

aut deguſtato, aut libello ſaltem divorterant, iſtud æqvum viſum (i) ut Libellaticis veniâ certo modo datâ, Sacrificatis non niſi animam agentibus, communionis, quam ipſi deſeruerant, recuperandæ copia fieret; ea in Clericos, libelli maculâ ſorditatos benignitate, ut ordine ſacro moti Laicorum jure locoque cenſerentur. Atque hac conditione Trophimus, (k) accepti libelli reus, ,ta teſte Cypriano admiſſus, ut Laici inſtar communicaret, non, (quod quidem in invidiam Cornelii Epiſcopi R. criminabantur Novatiani,) ut locum Sacerdotis iterùm occuparet. Quem in modum etiam Baſilides quidam, (poſteritati non niſi memoriâ iſtius facinoris cognitus

(i) Cyprian. d. Epiſt. 52. n. 51.
(k) n. 37.

tus) referente eodem,(l) Epiſcopatu pro conſcientiæ vulnere ſponte depoſito, ad agendam pœnitentiam converſus, ſatis clementer ſecum agi putabat, *ſi ſibi vel Laico communicare contingeret*, quale hominum genus jam ante Cornelius decreverat ad pœnitentiam quidem agendam admitti poſſe, ita tamen, ne ſacerdotum munia honoresque perfidiâ amiſſos repeterent. Qua de re, dandâ nempe Lapſis pœnitentiâ, de Communione Laica, atque gratiâ redditæ Communionis ad mortem usq; dilatâ, alibi fortè commodior dicendi occaſio erit.

Locus Plinii explicatus.

XI. Antequam (m) hinc abeamus, paucis monendum etiam fuerat, de Plinii quodam loco, quem huc pertinere quos-

(l) d. Epiſt. 68. n. 23. (m) Plin. 10. Epiſt. 97.

dam arbitror [illegible] mus. Is vero Plinius, Bithyniæ Proconſul, ſua ad Trajanum epiſtolâ, de quæſtione in Chriſtianos hactenus exercita referens: *Propoſitus eſt libellus ſine auctore, multorum nomina continens, qui negarent, ſe eſſe Chriſtianos, aut fuiſſe, quùm, præeunte me, Deos appellarent, & imagini tuæ, quam propter hoc juſſeram cum ſimulacris Numinum afferri, thure ac vino ſupplicarent: præterea maledicerent Chriſto, quorum nihil cogi poſſe dicuntur, qui ſunt reverâ Chriſtiani.* Quæ recenſens Tim. Geſſelius; (n) Dicebantur, ait, Libellatici, qui pecuniâ judices corruperant, ne Diis ſacrificarent: alii negabant Chriſtum, & Diis Gentium ſacrificabant, qui dicebantur Thurificati.

Qua

(n) Tim. Geſſel. Hiſt. Eccleſ. Part. I. p. 135.

Quâ quidem adnotatione an iſtud voluerit Geſſelius, ut Libellaticos etiam hic à Plinio deſignatos crederet, non auſim aſſerere, neque etiam affirmaverim Libelli nomen à Plinio uſurpatum, illum huc traxiſſe, ut ad crimen Libellaticorum ſignificandum ſpectare cenſeret. Accuſatoris nimirum, at incerti (tanquam Inſcriptionis periculum vereretur,) nomenque haud profeſſi, Libellus erat, de quo Plinius ad Principem refert, quo nomina reorum (forſan quædam ad moleſtiam hominibus ſibi inviſis, id quod haud raro factitatum, etiam ex Tertulliano (o) animadvertere licet, creandam adjecta) deferebat, non Magiſtratus, quo reum ſive abſolutum ſive impu-

(o) de fug. Perſec. c. 12.

impunitum ſaltem, ſuppliciiq; metu liberum dimitteret.

Redemptio à ſupplicio ob Chriſtianiſmum ſubeundo.

XII. Ceterùm quamvis aut gratulandum aut ſaltem ignoſcendum plerorumque ſententiâ videbatur ei, qui tempeſtate Eccleſiam depopulante deprehenſus, ſangvinem ſuum qualitercunque fide in Chriſtum nihil violatâ ſalvum voluiſſet, ne hoc tamen à labe perfidiæ, aliquorum judicio, aberat, nummorum pretio ſibi ſecuritatem, atque à Martyrio vacationem comparaſſe. Tertullianus (p) ſuopte ingenio immitis atque ex diſciplina Montaniſmi aliquantum acerbior, tanquam indignum id traducens, hominem ſangvine Servatoris ſui omni auro pretioſiori redemtum, tam vili emercari, quod tanto impendio conſtiterat. *Ut autem*, inquit, *redimas hominem tuum*

à Tertulliano improbata.

(p) d.c. 12.

tuum nummis, quem ſangvine ſuo redemit Chriſtus, quàm indignum Deo & diſpoſitioni ejus; qui Filio ſuo non pepercit pro te. Et tantæ liberalitatis, ut erat magnitudine pluribus celebrata: *Totum ut nos à peccatis lucraretur. Sol ceſſit diem emptionis noſtræ. Apud inferos emancipatio noſtra eſt, & ſtipulatio noſtra in cœlis; ſublevatæ ſunt portæ ſempiternæ, ut introiret rex gloriæ, Dominus virtutum, hominem de terris, immò ab inferis, mercatus in cœlos. Quis eſt nunc, qui adverſus illum reluctatur, immò depreciat; & mercedem ejus tam magno comparatam, precioſiſſimo ſcilicet ſangvine, commaculat?* Atque comparatione intentatum crimen amplificaturus: *Et Dominus quidem illum redemit; ab angelis mundum tenentibus poteſtatibus, à ſpiritalibus nequitiæ, à tenebris hujus ævi, à judicio æterno, à*

morte

morte perpetua. Tu autem pro eo paciſceris cum Delatore, vel Milite, vel furunculo aliquo præſide, ſub tunica & ſinu (quod ajunt) *furtivo, quem coram toto mundo Chriſtus emit, immò & manumiſit. Hunc ergo liberum pretio æſtimabis & pretio poſſidebis, niſi eodem, quanto* (*ut diximus*) *Domino conſtitit, ſanguine ſuo ſcilicet? Ut quid ergo de homine Chriſtum redimis in homine, in quo Chriſtus eſt.* Atque aliquantum inferius: *Sanguine empti, ſanguine numerati, nullum nummum pro capite debemus: quia caput noſtrum Chriſtus eſt. Non decet Chriſtum pecunia conſtare.* Etemeratæ in Chriſtum fidei ſcelus iſto quoque modo contrahi oſtenſurus. *Quid enim dicit ille Cauſſidicus? Da mihi pecuniam: Certè ne eum tradat: [illegible] alius vendidit, quàm [illegible] præſtiturus eſt pretio tuo. [illegible],*

utique

utique ne tradaris, voluiſti. Non traditus autem, traduci habebas? ergo dum nolendo tradi non vis traduci, nolendo negaſti, quod te eſſe traduci noluiſti. Immò, inquis, dum nolo traduci quod ſum, confeſſus id eſſe quod nolo traduci; id eſt, Chriſtianum. Potes itaque te martyrem vindicare, conſtanter oſtendiſſe Chriſtum. Redimens, non oſtendis? Apud unum ſi forte confeſſus es, ergo & apud plures nolendo confiteri, negaſti. Ipſa ſalus judicabit hominem excidiſſe, dum evadit. Excidit ergo, qui maluit evaſiſſe. Negatio eſt etiam martyris recuſatio.

XIII. At hæc Tertullianeo more magnificentius quàm verius dicta tanti, ſi propius inſpiciantur, non ſunt, quæ vitæ quantacunque nummorum mercede conſervandæ induſtriam defectionis notâ infament, *Rationes ejus examinata.*

ment,

ment. Neque illico projectæ in Deum fidei arguas, qui ſuæ fragilitatis conſcius, aut de viribus diffidens ſecuritati ſuæ conſulendum potius, quàm conflictum dubii adeò Martis adeundum ſibi putaverit, tot jam documentis expertus, quanto ſalutis ſuæ damno plurimi diſcrimen iſtud, ingenti quamvis animo, roborisq; fiduciâ ſubierint, ideò turpiſſimè lapſi, quòd ſe ſtare poſſe confiderent. Non certè ideò vitæ cura negligenda, aut etiam retinenda in Chriſtum fides ne, non Martyrium obeas, ſed Martyrium obeundum, ne fidem exuas, cujus præcipuam quidem rationem habere, ita, tamen, ut, nullo hujus diſpendio, etiam incolumitati ſuæ proſpiciat, iſtud verò eſt, & hominis ſimul & Chriſtiani officium nomenque tueri. Neque

que quidquam huc facit invidioſa iſta hominis Dei ſangvine redempti, atque vili jam nummorum pretio ſervandi comparatio, niſi forte ad injuriam divinæ mercedis id quoque pertineat, vitæ humanæ uſum quotidiano victu, atque ubi valetudo periclitetur, medicaminibus, & ſine quibus iſta haud facile habeas, nummis retinuiſſe. Non certè ut lucis hujus qualicunque uſurâ frueremur, ſanginem ſuum in nos erogavit amantisſimum noſtri Numen, ſed ut peccati nexu, & quæ in hujus ultionem nos manebant, æternorum ſuppliciorum periculo liberati, conditioni reſtitueremur, quâ amiſſa olim bona vitâ hac perfunctis conſequi, & quoad eam degeremus, ſperare liceret. Ut jam nihil mirum, nihil profa-
num

num, nihil impium ſit, diverſa ut ita dicam, rei atque mercis diverſum conſtitui pretium.

Objectio. XIV. Fortius argumentis iſtis, ſpecioſis magis quàm validis, urgere videtur Pauli exemplum,(q) pro quo Felix Præſes cùm pecuniam ſe accepturum ſperaſſet, liberationis nempe pretium, irritus fuit, haud ægrè à diſcipulis corradendam, ipſam animam pro incolumitate illius profundere geſtientibus, ſi id ſalva pietate licere credidiſſent.

Reſponſio. XV. At verò aliud eſt, truculentiam Magiſtratûs ſua ſponte ſævientis, aut adverſarii improbitatem objecto mitigare præmio; aliud, judicem ſuſcepta inter partes cognitione (qualis hîc inter Pau-

(q) ex Actor. XXIV. 26. ubi Chryſoſt. homil. 51.

Paulum atque Judæos, hacte-nus ſaltem ſibi obſtringere, ut quod juſtitiæ debuerat, pecu-niæ det, cujus judicium libe-rum, neutrique partium nul-lique ſuſpicioni obnoxium, e-tiam fori humani leges depo-ſcunt; ut adeò Ulpiani quoq; judicio Imperatori non minus probato, (r) Judicem etiam is corrupiſſe cenſeatur, qui ut ſententiâ vinceret, non bonita-te, qua pollebat, cauſæ, ſed nummis effecit. Et quanta cum Judæorum in Paulum ob-trectatione, quanta ſanctiſſi-mæ doctrinæ, cujus is reus po-ſtulabatur, infamiâ, quanto denique negocii, de quo a-gebatur, diſpendio futurum fuerat, Judice donis corrupto, cau-

(r) l. 1. §. 2. D. de Condict. ob turp. cauſ. l. 1. c. de Pœn. quo qui mal. jud.

cauſæ dicendæ neceſſitatem e-vaſiſſe? Quo quidem caſu improbam fore pecuniæ largitionem, facilè concedet, cui non religione vita hæc, quanticunque mortales habeant, peritura certè, potior eſt.

Fuga in perſecutione.

XVI. Et verò, qui probro ducebat, Chriſtianum auro ſecuritatem ſibi comparare, conſequens erat, ne fugæ quidem copiam veniamque facere, ut perſecutionem, quam conſtet non eſſe redimendam, (ut verſo Tertulliani (s) argumento utamur) appareat nec fugiendam fore; cùm, uti Idem, ſicut redemptio nummaria fuga eſt, ita fuga redemptio gratuita ſit; utrumque videlicet timiditatis conſilium. Et quidem

Tertulliani ſententia pro ea.

(s) de Fug. in Perſec. d. cap. 12.

dem quondam aliquanto mitior (u) Tertullianus in obeundis Patientiæ muneribus non corpori minus quàm animo partes ſuas adſignans, inter jejuniorum labores, carceris, tormentorum, ipſiusque mortis in pœnam retentæ pietatis inflictæ moleſtias, fugam quoq; recenſet. *Si aliquando*, inquiens, *fuga urgeat, incommoda fugæ caro militat.* Ut tempore, & præſertim facto ad Montaniſmum tranſitu, mutaſſe ſententiam noſcas; ſenſim tamen, neqve uno impetu, uti ex libro ad uxorem (x) animadvertere licet, ubi Pauli verba, Melius eſſe nubere quàm uri, pronunciantis, ita explicans, ut non multum ad ornandam Matrimonii conditionem conferre,

(u) de Patient. c. 13. ubi Pamel. n. 88. (x) lib. 1, c. 3.

oſtendat: *Quale hoc bonum eſt, oro te, quod mali comparatio commendat.* Idque ſimili quodam declaraturus: *Sed etiam in perſecutionibus melius eſt, ex permiſſu fugere de oppido in oppidum, quàm compreſſum & diſtortum negare. At quæ iſta beatitas eſt, ideò ne quis neget, beati teſtimonii confeſſione excidere? Poſſum dicere; quod permittitur, non eſt bonum. Quod permittitur ſuſpectam habet permiſſionis ſuæ cauſam: quod autem melius eſt, nemo permiſit, ut indubitatum & ſua ſinceritate manifeſtum. Non propterea appetenda ſunt quædam, quia non vetantur: & ſi quodammodo vetantur, cùm alia illis præferuntur.* Ut ſaltem Tertulliani tum judicio quamvis parum præclara non deterior tamen fugientis quàm conjugati conditio fuerit.

Contra Ex quo poſtea, inclinato ſemel in-

in ſententiam duriorem animo, & forte jam à Montaniſmo minus alienior, ferè non amplius obliquè perſtringit (z) eos, qui Martyriâ deſugientes, inſtante perſecutione illicò ſarcinas expediant, fugæ accingantur, de civitate nempe in civitatem, Evangelii nunquam, niſi qua iſti indulgeat, memores. Tandem totus jam Montanizans, atque ſpiritu iſto plenus, qui Montanum invaſerat, eam ſervandæ ſimul vitæ fideique rationem omnino improbare, atque confutare aggreſſus eſt, libro peculiari *de fuga in perſecutione* (a) conſcripto; quo, (ut ſumma tantùm ejus capita pauciſſimis recenſeamus,) ideò id licere negat, quia à Deo perſecutio proficiſcatur, à quo quicquid obvenerit, refugere aut aver-

(z) de Corimil. c. 1. (a) c. 1-4.7.

averſari, improbum ſit. Qua equidem ratione etiam famem, peſtem, bellum, cuncta denique, quæ humano generi adeò oneri ſunt, mala, aut cibo, aut medicamine, aut armis conſiliisve, aut quocunque denique modo à ſe depellere, illicitum fuerit, quæ cuncta cœlitùs aut puniendæ aut corrigendæ improbitati noſtræ in nos derivari, Amoſi (b) ſaltem indicio, certum eſt, quocunque mali genere civitatem laborare negantis, non ab ipſo Deo illati. Cœterum neque ad excuſandum crimen ſufficere, pergit Tertullianus, (c) quem plerique mollitiei ſuæ obtendant metum, ne viribus tanto certamini impares belli aleam ſubire auſi, fidem, quam capitis damno tueri decuerat, animo aut ſal-

(b) Amos. III. 6. (c) c. 5.

ſaltem corpore fracti, amittant; quam fugâ, quando alia ratione non liceat, diſcrimini eximere, tutius atque conſultius eſſet; id potius, atque ſacramento hominis ad Chriſti militiam nomen profeſſi congruentius exiſtimans, tentatâ prælii fortunâ, pugnæ exitum Deo permittere, hujusqve potius arbitrio ſtare quàm ſuo fugam moliri. Quin (d) honeſtius fore, mortem, ubi victori non licuerit, victum oppetere, etiamſi negando ceciderit, cum tormentis tamen præliatum. Malle miſerandum quàm erubeſcendum. Pulchriorem denique eſſe militem, in pugna prælio amiſſum, quàm in fuga ſalvum. Fruſtra etiam ad ſacram iſtam Præcepti anchoram illos confugere, quo

(d) cap. 10.

diſcipulos ſuos infenſam atque atrocia parantem civitatem, fugâ deſerere juſſerit Soſpitator. (e) Id quippe ad perſonas tantùm Apoſtolorum atque tempora cauſasqve illorum pertinuiſſe, ne ſcil. ſi non fugâ vitam ſartam ſervarent, ſtatim oppreſſi doctrinæ ruinam ſecum traherent, quæ toto orbe ipſorum miniſterio celebrari debuerat. Haud equidem turpe iſtud atque ſervile fugæ præſidium eos decere, quos ad paſſionem, fugæ contrariam, invitarit Chriſtus (f) nomen ſuum confiteri præcipiens; atque beatos prædicans ſui gratiâ gravia atque dira paſſuros. Ipſum (g) equidem aliquando fugiendi iſtud conſilium iniiſſe, ſed non ultra, quàm donec

(e) Matth. X. 23. ubi Chryſoſt. (f) c. 7. (g) c. 8.

nec peractis, quæ animo decreverat, appeteret tempus, quo dilatam adhucusque ſaluberrimâ ratione mortem, animo promptus, ne Angelorum quidem admittens opem, adierit. Neque (h) apud Apoſtolos perfugii hujus aut præcepti aut conceſſi extare indicia. Non certè, qui lucere nos jubeat (i) velut filios lucis, jubere, uti filios tenebrarum, fugâ abſcondi.

XVII. Quæ quidem cuncta, utcunque ad pompam more atque ingenio Tertullianeo compoſita, non multo labore aut ſermone refellere, haud arduum fuerit. Et vero quis præter Tertullianum neget, ad capeſſendæ fugæ conſilium ſufficere timorem, ne robore animi corporisque non ſatis fir-

Argumenta Tertulliani contra fugam examinata.

(h) c. 9. (i) Epheſ. V, 8. 9.

firmatus turpius deſerat, quàm non ineat pugnam, qua non viciſſe, cum certiſſimo exitio conjunctum ſit, nullo ad nova certamina, nullo victoriæ, imò ne ad victoriæ quidem ſpem votumvé reliqvo aditu. Neqve verò tanti diſcriminis ſubeunda alea, nî ad prælium ipſe vocaverit Imperator, cujus neceſſitatem injunxiſſe haud videtur, qui elabendi non viam obſepſerit. Neque etiam Chriſti ſigna deſeruiſſe, cenſeri æqvum fuerit, qui Patriam, poſſesſiones, fortunas ſuâ in Chriſtum fide viliora habuerit, exilio ſanè gravi plerumque, qua animi conſtantia religionem colat, ſatis teſtatus. Gratis nulliusq; operæ pretio ſangvinem prodigit, qui, quem ſalva in Deum fide retinere potuerat, ad certamen provolans

ſua

ſua, veluti ſpontè profundit. Neque etiam perinde eſt fugere,& expenſis utrinqve viribus, præliiqve ineundi modo, tempore, loco, non pugnandi copiam facere. Neque imperatoria minus laus atque virtus eſt, detrectare pugnam, ubi res ita atq; uſus ferat, ac poſcente reipublicæ neceſſitate utilitatevé fortunam fortitudini faventem præliando tentare. Stultiſſimum ſanè fuerit, in diſcrimine etiam leviori ad dimicationem corruere, non milite armis viribusq́;inſtructum, totamqve ſalutem, quando nulla cogeret res, unius pugnæ fortunæ committere, quam cunctatione quadam ſervare licuerat; quæ debiliorum etiam in bellis, queis homines inter ſeſe depugnant, ſolertia eſt. Imprudentis utiqve hominis eſſe Chriſtus monet, optimus

I 5 non

non humanarum minus rerum atque cœleſtium arbiter, non computatis ſuis hoſtiumque opibus in certamen deſcendere, certamq; cladis adire neceſſitatem, quam non pugnando amoliri potueras. Conſultius ſanè certamine abſtinet, qui de victoria, imbecillitatis ſuæ conſcius aut deſperat, aut dubitat; quantum audaciâ peccari poſſit, aliorum ſtrage edoctus, neqve à ſeſe humanum quidquam alienum exiſtimans. Et quæ amentia fuerit, de prælii eventu ambigentem trementemqve, quantum eſt æternæ ſalutis, unius pugnæ offerre diſcrimini, qua, ſi ſecius res ceciderit, nulla colligendarum virium, nulla redintegrandi certaminis, nulla denique reſtituendæ rei ratio reſtet. Nimis ſuperbè pereuntium ruinam deſpicit, qui miſerandos

dos malit, quàm erubeſcendos, eo præſertim in negotio, quo pudori levando reparandoqve honori, etiã poſt ignominiam locus ſupereſt; debellatis poſt acceptã cladem nihil ſuppetat, quo res collapſas reſtituant. Fortiter equidem occubuiſſe, etiam ſequiori prælii eventu, aliquandò gloriæ eſt. Aſt hoc belli genere non de gloria, ſed pro ſalute certamen ſuſcipitur. Neque fugæ gratiam ſolis Apoſtolis feciſſe, credendus Servator, quos adverſus hominum injurias ſævitiemqve tueri facilè fuerat Domino, cui ut horum maximè operâ in propaganda ſanctiori doctrina uteretur, placuerat. Niſi fortè Pauli miniſterio carere porrò neceſſum fuerat Numini, ſi non inſidias atque minas Judæorum Damaſci elapſus, imminens capiti diſcrimen noctis beneficio e-

vaſiſſet. Denique, quicquid ejus ſit, criminis loco haud habendum, ipſius Chriſti fugientis legiſſe veſtigia.

XIIX. Neq; graviſſimorũ priſci etiam ævi virorũ ſuffragio deſtituitur iſta, quæ fugientibus veniam indulget, ſententia. Commodè quamvis alia occaſione Philo; (l) ἥτ]ης γὰρ πᾶς ἔκνος ἀμείνων. Τὸν]ὲ ὄκνον τοῦτον οἱ μενὺ ἐχθροιδειλίαν, ἀσφαλείαν δὲ οἱ φίλοι προσαγοροτυοῦσι *Tergiverſari præſtat quàm vinci, quàm cunctationem inimici appellant timiditatem, amici vero ſecuritatem.* Atqve alibi: *Vitium vinci ſe turpe non putat, aſſuetum ignominiæ. At virtus hoc probrum fugitat, cui maximè gloria competit, cujus innato amore aut vincere vult, aut certè invicta permanere.* De Abraham. p. 286. δεύ]ερα γὰρ uti

(l) Philo quod deter. potior. inſid. ſol. p. 125.

uti idem non eleganter minus eandem in ſententiam ἔφοδος εἰς σωτηρίαν τοῖς ἀμύνεσθαι μὴ δυναμένοις δρασμός ἐστιν, * *Secundus enim ad ſalutem aditus eſt fuga, ſi repugnare non datur:* Atq; ex noſtratibus, argumentum iſtud profeſſo ſtudio tractantibus Clemens Alexandrinus (m) iſtud Salvatoris de fuga capesſenda præceptum, eò prolatans, ut non fugere, (occaſione ita flagitante) malum, *Vult*, inquit, *nos nulli eſſe autores, nec alicujus malæ cauſæ adjutores, nec nobis ipſis, nec ei qui perſequitur, nec ei qui interemit. Denunciat enim quodammodo, ut caveat. Qui autem non obedit, eſt audax & temerarius, & inconſultè in manifeſta ſe pericula conjiciens. Si autem, qui hominem Dei interimit, in Deum peccat, is quoque ejus cæ-*

Pro ea Clementis Alexandrin.

* de migrat. Abrah. p. 303.

(m) Clem. Alex. Strom. IV. 5.

dis reus tenetur, qui ſe offert judicio. Is autem fuerit, qui non vitat perſecutionem, ſe capiendum præbens per audaciam. Is eſt, qui, quantum in ſe eſt, juvat improbitatem ejus, qui perſequitur. Atq; in eundem ſenſum non prudenter minus quàm fortiter Origenes(n) Chriſti exemplum expendens, poſt inita in ſuum caput à Pontificibus atque Phariſæis conſilia ſeſe in oppidum Ephrem recipientis: *Hæc & his ſimilia ſcripta fuiſſe cenſeo, volente Jeſu nos advertere, nẽ iracundius ac inconſideratius inſiliamus in certamen mortis, pro veritate teſtimonium præbituri. Etenim honeſtum quidem eſt, ſi inciderit certamen pro confitendo Jeſum, confeſſionem non differre, neque tardare mortem pro veritate oppetere. At non minus quàm hoc hone-*

(n) Orig. in Joann. Tom. 31.

honeſtum eſt, tali tantæque tentationi occaſionem non dare, ſed omnimodò vitare eam, non ſolùm quia tantæ rei exitus incertus ſit nobis, verum etiam, ne nos occaſio ſimus, ut magis peccatores magisque impii fiant illi, qui nondum ſangvinem noſtrum quidem re ipſa effudiſſe rei ſunt facti, ſi, quæ in nobis ſunt, facientes, declinaverimus eos, qui inſidias nobis vel ad mortem usque moliuntur, ſed puniendi alioquin majori graviorique pœnâ noſtri causâ, ſi noſtri amantes, rebus illorum poſthabitis, expoſuerimus nos ipſos interficiendos, nulla nos neceſſitate urgente. Nam ſi etiam, qui alicui occaſio peccati factus fuerit, is pœnas dabit ob ea, quæ ſui cauſa peccaverint aliqui homines, quomodo non etiam pœnas daturus eſt, qui, cum declinandi facultatem habeat, ne proditor ille Chriſtiani ſit hominis, & inſidiator

ator cultus divini erga Jeſum, non declinaverit? imo potius concitaverit? Ita (o) Cyprianus, in ipſa, qua Thiberitanos, ad perſecutionem è proximo tùm iterum imminentem, ipſamque mortem, ubi neceſſitas ferat, magnis animis excipiendam incitat, epiſtola; *Neç quisquam, fratres dilectiſſimi, cùm populum noſtrum fugari conſpexerit metu perſecutionis & ſpargi, conturbetur, quòd collectam fraternitatem non videat, nec tractantes epiſcopos audiat. Simul tunc omnes eſſe non poſſunt, quibus occidere non licet, ſed occidi neceſſe eſt. Ubicunque in illis diebus unusquisque fratrum fuerit à grege interim neceſſitate temporis, corpore non ſpiritu ſeparatus, non moveatur ad fugæ illius horrorem, nec recedens & latens deſerti loci ſolitu-*

Cypriani.

(o) Cyprian. Epiſt. 56. 4. Epiſt. 6.

litudine terreatur. Solus non eſt, cui Chriſtus in fuga comes eſt. Solus nõ eſt, qui templum Dei ſervãs, ubicunq; fuerit, ſine Deo non eſt. Quin ne martyrii quidem laude atque præmio carere tales, qui fugâ ita ſuſceptâ, quocunque caſu perierint, advertens : *Etſi fugientem in ſolitudine ac montibus latro oppreſſerit, fera invaſerit, fames aut ſitis aut frigus afflixerit, vel per maria præcipiti navigatione properantem tempeſtas, ac procella ſubmerſerit. Spectat militem ſuum Chriſtus ubicunque pugnantem, & perſecutionis cauſa pro nominis ſui honore morienti præmium reddit, quod daturum ſe in perſecutione promiſit. Nec minor eſt martyrii gloria, non publicè & inter multos periiſſe, cum pereundi cauſa ſit, propter Chriſtum perire.* Atque alibi.

alibi (p) iſtorum obtrectationi obviam iturus, qui malignâ interpretatione in deterius trahebant eorũ induſtriam, quos intra tempus explorandæ aut negandæ potius fidei à Magiſtratu præfinitum, aliò, ubi tutius laterent, fuga detulerat: *Primus eſt victoriæ titulus, gentilium manibus apprehenſum Dominum confiteri; ſecundus ad gloriam gradus eſt, cauta ſeceſſione ſubtractum domino reſervari. Illa publica, hæc privata confeſſio eſt. Ille Judicem ſæculi vincit, hic contentus Deo ſuo judice, conſcientiam puram cordis integritate cuſtodit. Illic fortitudo promptior, hic ſollicitudo ſecurior. Ille appropinquante hora ſua jam maturus inventus eſt, hic fortaſſe dilatus eſt, qui patrimonio derelicto iccirco ſe-*

(p) Serm. de lapſ. non long. à princ.

ſeceſſit, quia non erat negaturus, confiteretur utique ſi fuiſſet & ipſe detentus. Et quanto aut damno ſuo aut periculo imò neglectu juſsûs divini, maneant, quibus, monſtrante ipſo Soſpitatore, imbecillitatis humanæ gnaro neque incurioſo, pro ſua humanitate, portum fugæ petere licuerat, oſtenſurus: *Nec eſt, prô dolor, juſta aliqua & gravis cauſa, quæ tantum facinus* (negatæ ab iis, qui, cum fugâ ſalvam eam ſervare poterant, remanſerant, fidei) *excuſet: relinquenda erat patria, & patrimonii facienda jactura. Cui enim naſcenti atque morienti non relinquenda quandoque patria, & patrimonii ſui facienda jactura eſt? Ut Chriſtus non relinquatur, ſalutis ac ſedis æternæ jactura timeatur. Clamat ecce per Prophetam* (q) *Spiritus*

(q) Eſa. LII. 11

rit9 S. Diſcedite, diſcedite, exite inde,&immundũ nolite tangere. Exite de medio ejus, ſeparamini qui fertis vaſa domini: *& qui vaſa ſunt Domini ac templum Dei, ne immundum tangere, & feralibus cibis pollui, violarique cogantur, non exeunt de medio nec recedunt? Alibi* (r) *quoque vox auditur è cœlo, præmonens, quid Dei ſervos facere conveniat, & dicens:* Exi de ea populus meus, ne particeps ſis delictorum ejus,&ne perſtringaris plagis ejus. *Qui exit & cedit, delicti particeps non fit. Plagis verò & ipſe perſtringitur, qui ſocius criminis invenitur. Et ideò dominus in perſecutione ſecedere & fugere mandavit, atque ut id fieret & docuit & fecit.* Ejusq; rei rationem adjiciens; *Nam cùm*

(r) Apocal. XVIII. 4.

cum corona de Dei dignatione deſcendat, nec poſſit accipi niſi fuerit hora ſumendi; Quiſquis in Chriſto manens interim cedit, non fidem denegat, ſed tempus expectat. Qui autem cùm non ſecederet, cecidit; negaturus remanſit. Non pugnare hoc quidem, (uti alia in re Hieronymus (s) ex perſona Vigilantii) ſed fugere eſt. Standum potius in acie, ut poſtquam viceris, coroneris. At, quod idem Vigilantio regerit, *melius eſt conſultiusque homini non adeò robuſto imbecillitatem ſuam fateri*; & nolle ſpe pugnare victoriæ, ne aliquando victoriam perdat. Qui fugerit, gladium hoſtis periculumque devitat: Stanti aut vincere aut cadere neceſſum eſt. Quis autem ſvaſerit, animumve induxerit,

(s) Hieron. adverſ. Vigilant. Epiſt. 60. in fin.

xerit, certa dimittere, & incerta ſectari? Aut Scuto aut pedibus mors vitanda eſt. Qui pugnat, & ſuperari poteſt & vincere. Qui fugit, non vincitur in eo, quod fuga; ſed ideò fugit, ne vinci queat. Ex quibus ſententiam explices Hieronymi, (t) Chriſti de fuga adornanda conſilium præceptumve eodẽ vti Tertullianus modo ad illud tempus referentis, cum ad prædicationem Apoſtoli mittebantur, quòd perſecutionem timere non debeant, & debeant declinare. Ubi etiam ſcitè obſervat, ideò fugæ neceſſitate diſperſos primum fuiſſe fideles, *ut tribulationis occaſio fieret Evangelii ſeminarium.* Qui etiam alio loco (u) Chriſtum comperto Joannis Baptiſtæ ſupplicio in

(t) in Matth. X. 23. (u) Matth. XIV. 12.

in eremum ſeſe recepiſſe, advertit, non timore mortis, ſed parcens inimicis ſuis, ne homicidio homicidium jungerent, ſive ideò, ut nobis præberet exemplum vitandæ ultrò tradentium ſe temeritatis, quia non omnes eâdem conſtantiâ perſeverant in tormentis, qua ſe torquendos offerunt. Atque hanc ipſam ob cauſam alibi præcepiſſe Apoſtolis, ut aliò ſeſe fugâ conferrent, urbem, cui ſalutem nunciaturi advenerant, infenſam experti. Deniq́ue, uti ſcitè graviterque eandem in ſententiam Bernhardus (w) *Fugere perſecutionem non eſt culpa fugientis, ſed perſequentis.* Et iniit viam ipſius Chriſti atque Apoſtolorum (x) indicio exem-

(w) Bernhard, Epiſt. 1. ad Robert. (x) Act. Apoſt. IX. 24. 25. II. ad Corinth. XI. 32. 33. XVII. 10. 11.

exemploque monſtratum, urgente à Decio tempeſtate Cyprianus(differendæ quidem, potius in commodius tempus, quam evadendæ mortis conſilio,) quem ſecuti poſtea Gregorius Cæſarienſis magnitudine patratorum miraculorum Thavmaturgi cognomen adeptus, (z) atque Paulus (a) vitæ in ſolitudine iſta, occaſione à prima juventa ad ſenectutem usque vitæque finem peractæ celebritate clarus, aliique ita ſibi in fuga præſidium quæſivere, ut vitam juxta atque in Chriſtum fidem integram ſibi ſecuramque præſtarent. Atque his neque pietate neque fortunâ diſpar, Athanaſius

(z) Gregor. Nyſſen. in vit. Gregor. Thavmad. (a) Gregor. vit. Paul. Eremet. Gregor. Nazianz. Carmen. Atell. ubi Schol. 2.

naſius (b) quo Arianorum immanitatem evaderet, nihilo gentilium improbitate mitiorem, maximam fermè temporis partem, quo Eccleſiæ Alexandrinæ præeſſe oportuerat, fugitando latitandoque conſumſit.

XIX. Neque tamen non aliquando flagitium atque defectioni proximum fuerit, ſaluti fugâ conſuluiſſe. Nefas utique non minus eſt militi ad pugnã ab Imperatore vocato, projectis armis detrectare prælium, & quem ſangvine tueri decuerat locum, vili formidine nimiaq; incolumitatis cura omittere. Quantum in iſto diſcrimine liceat, temerarium fuerit certis terminis definire, neque noſtro inſtituto conveniens. Indicat *Fuga quando illicita.*

K id

(b) Phot. Bibl. vit. Athanaſ. cod. 258.

id aliqua ex parte Chryſoſtomus (c) *Quando* inquiens, *grave quidem bellum ingruebat, nec quidquam poſſent facere quod prodeſſet, ſe abſcondebant, nam hoc quoque fecerunt Apoſtoli. Non enim ſemper apparentes in media irruebant pericula, ſed nonnunquam & fugientes & latentes ſecedebant. Poſtquam autem parum reſpirarunt, tanquam generoſi quidam catuli ex antris exilientes, & è latebris emergentes, ſtatuerunt, non ſe amplius ſolos ſervare, ſed etiam alios, quotcunque poſſent.* Atque in eundem ſanctioris diſciplinæ modum, Evlogius Antiſtes Toletanus (d) ſecuritoni ſcriptor.

Licet

(c) Chryſoſtom. Pſalm. XLIII. (XLIV.) ſub princ. (d) Evlog. Martyr. Archiep. Tolet. Memorial. Sanctor. Lib. I. Col. 777. Bibl. PP. Tom. ...

Licet formidoloſis facultas collata ſit declinandi rabiem perſecutionis, non tamen paſſim hoc obſervandum eſt à perfectis: qui jam præſciâ Redemptoris potentiâ denotati, & conſcripti, quaſi ab immenſis legionibus, ad exercitium præliorum Dei electi ſunt. Prolixiora fateor ſunt, quàm ut adſcribi hîc decori conveniat, quæ hanc in rem monet Gregorius Magnus; aſt niſi fallor, talia, quæ ſine cauſæ ipſiusque lectoris injuria vix omittere liceat. Ita nempe Gregorius M. (*) pugnæ fugæque locum, tempus, atque oportunitatem diſtingvens, relato Pauli Exemplo, (1.) quem theatrum Epheſi tumultu à Demetrio concitato plenum intrare volentem amici cohibuerant, rogantes, ne ſe da-

(*) Gregor. M. in Job. XXXI. 14.
(1.) Act. Apoſt. XIX. 30.

ret in theatrum, quibus (ita per-
„git Gregorius) agnoſcimus,
„quo impetu contra cuneos
„adverſantes irrueret, niſi eum
„per amicos & diſcipulos cha-
„ritatis frena tenuiſſent. Inde
„Pauli fugam alibi adornatam
„conſilio de certamine Epheſi
„ſubeundo ex adverſo compa-
„rans: Sed ſi obviare hoſtibus,
„ſi ultrò pugnam petere, ſi
„noſmetipſos ſemper relinque-
„re in curſu noſtri fervoris de-
„bemus, quid eſt, quòd idem
„prædicator egregius de ſe-
„metipſo fatetur (2) dicens:
Damaſci præpoſitus gentis Aretha regis cuſtodiebat civitatem Damaſcenorum, ut me comprehenderet: & per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum per murum, & ſic effugi manus ejus? Atque conſilii tam diverſi rationem curatius expo-

(2) ad Corinth. XI. 32. 33.

exponens: Quid eſt quòd e-,,
qvus iſte modò ſponte arma-,,
tos cuneos impetit, & modò,,
ſe ab armatis hoſtibus quaſi,,
trepidus abſcondit: niſi hoc,,
quòd neceſſe eſt, ut in ejus ar-,,
tificioſa virtute diſcamus ad-,,
verſariorum pugnam & con-,,
ſtanter aliquando appetere,,,
& prudenter aliquando decli-,,
nare? Ex quibus Chriſtianum,,
informans Gregorius, quando,,
ingruente periculo diſcrimi-,,
ni ſeſe offerre aut ſubducere,,
fugâ conſultius ſit; neceſſe,,
quippe eſt, ut per omne quod,,
agimus, in mentis trutina po-,,
ſitum hinc pondus, illinc fru-,,
ctum noſtri laboris æſtime-,,
mus: & cùm pondus fructum,,
ſuperat, laborem quisque in-,,
noxè declinet, dummodo ſe,,
in aliis exerceat, in quibus lu-,,
cro fructuum pondus laboris,,

 vin-

„vincat. Cum verò ſubſequen-
„ti quantitate fructuum men-
„ſura laboris aut æquatur aut
„vincitur, labor non ſine gra-
„vi culpa declinatur. Idque
„Pauli exemplo iterum illu-
„ſtrans modò ad prælium
„modò ad fugam, prout res
„poſceret, ſeſe comparantis:
„Unde prædicator ſanctus cùm
„Damaſci valde obſtinatas
„mentes perſequentium cerne-
„ret, eorum noluit adverſitati
„confligere: quia & ſemet-
„ipſum, quem profuturum
„multis noverat, vidit poſſe
„deficere, & aut nullis ſe ibi
„aut paucis prodeſſe. Seces-
„ſum ergo à certamine petiit,
„& pugnaturum felicius ad a-
„lia ſe bella ſervavit. Non e-
„nim loco virtus, ſed locus vir-
„tuti defuit: & idcirco fortiſ-
„ſimus miles ab obſidionis
an

anguſtia, certaminis cam- „
pum quæſivit. Ubi au- „
tem ſubjuganda regi proprio „
multa adverſariorũ colla con- „
ſpexit, ſubire bellum vel cum „
morte non timuit: ſicut ipſe „
cùm Hieroſolymam pergeret, „
cùmque diſcipuli paſſione il- „
lius per prophetiam præſcita „
prohiberent, ſibimetipſi atte- „
ſtatur; (3) dicens: *Ego non ſo-* „
lum alligari, ſed & mori in Hieru-
ſalem paratus ſum pro nomine
Domini Jeſu. Neque enim facio
animam meam precioſiorem
quàm me. Qui igitur hîc ho- „
ſtiles cuneos etiam præſcita „
paſſione ſua imperterritus „
petiit, illic de diſpenſatione „
fuiſſe, edocuit, non de timore, „
quòd fugit. Qua in re pen- „
ſandum eſt: quia ille labores „
quosdam per diſpenſationis „
K 4 judi-

(3) Act. XXI. 13.

„judicium laudabiliter decli-
„nat, qui pro Deo majores ali-
„os fortiter tolerat. Nam ſæpe
„ab hominibus timor debilis
„cauta diſpenſatio vocatur; &
„quaſi prudenter impetum de-
„clinaſſe ſe aſſerunt, cum fu-
„gientes turpiter in terga ſe-
„riuntur. Unde neceſſe eſt,
„ut in cauſa Dei cùm res dis-
„penſationis agitur, metus
„cordis ſubtiliſſima libratione
„penſetur: ne per infirmita-
„tem timor ſurrepat, & ſeſe per
„diſpenſationis imaginem, ra-
„tionem confingat, ne cul-
„pa ſe prudentiam nomi-
„net: jamque nec ad pœniten-
„tiam animus redeat, quan-
„do hoc, quod iniqúe perpe-
„trat, virtutem vocat. Reſtat
„igitur, ut in dubiis quisque
„deprehenſus, cùm quælibet
„ſibi adverſitas imminet, prius
intra

intra ſemetipſum contra for-„
midinem & præcipitationem„
pugnet, quatenus nec formi-„
dolosè ſe ſubtrahat,nec præ-„
cipitanter opponat. Valdè e-„
nim præceps eſt, qui ſemper„
ſe adverſis objicit,& valde pa-„
vidus,qui ſemper abſcondit. „
Denique bellicæ fortitudinis„
prudentiæque exemplo dicta„
comprobaturus : Sed hæc„
melius in bellis ſpiritualibus„
diſcimus,ſi formam exercitii à„
corporalibus bellis trahamus.„
Non enim ille dux ſapiens eſt,„
qui ſemper contra hoſtiles„
cuneos exercitum præceps ad-„
movet: neque dux fortis, qui„
ſemper hunc ab hoſtis facie„
cavendo ſubducit. Scire nam-„
que dux debet modò ab ho-„
ſtili impetu exercitum cautè„
ſubtrahere, modò hoſtem„
circumfuſis cornibus coarcta-„
 re.

ator cultus divini erga Jeſum, non declinaverit? imo potius concitaverit? Ita (o) Cyprianus, in ipſa, qua Thiberitanos, ad perſecutionem è proximo tùm iterum imminentem, ipſamque mortem, ubi neceſſitas ferat, magnis animis excipiendam, incitat, epiſtola; *Nec quisquam, fratres dilectiſſimi, cùm populum noſtrum fugari conſpexerit metu perſecutionis & ſpargi, conturbetur, quòd collectam fraternitatem non videat, nec tractantes epiſcopos audiat. Simul tunc omnes eſſe non poſſunt, quibus occidere non licet, ſed occidi neceſſe eſt. Ubicunque in illis diebus unusquisque fratrum fuerit à grege interim neceſſitate temporis, corpore non ſpiritu ſeparatus, non moveatur ad fugæ illius horrorem, nec recedens & latens deſerti loci ſolitu-*

Cypriani.

(o) Cyprian. Epiſt. 56. 4. Epiſt. 6.

litudine terreatur. Solus non eſt, cui Chriſtus in fuga comes eſt. Solus nõ eſt, qui templum Dei ſervãs, ubicunq; fuerit, ſine Deo non eſt. Quin ne martyrii quidem laude atque præmio carere tales, qui fugâ ita ſuſceptâ, quocunque caſu perierint, advertens : *Etſi fugientem in ſolitudine ac montibus latro oppreſſerit, fera invaſerit, fames aut ſitis aut frigus afflixerit, vel per maria præcipiti navigatione properantem tempeſtas, ac procella ſubmerſerit. Spectat militem ſuum Chriſtus ubicunque pugnantem, & perſecutionis cauſa prõ nominis ſui honore morienti præmium reddit, quod daturum ſe in perſecutione promiſit. Nec minor eſt martyrii gloria, non publicè & inter multos periiſſe, cum pereundi cauſa ſit, propter Chriſtum perire.* Atque

alibi.

al.bi (p) iſtorum obtrectationi obviam iturus, qui malignâ interpretatione in deterius trahebant eorũ induſtriam, quos intra tempus explorandæ aut negandæ potius fidei àMagiſtratu præfinitum, aliò, ubi tutius laterent, fuga detulerat: *Primus eſt victoriæ titulus, gentilium manibus apprehenſum Dominum confiteri; ſecundus ad gloriam gradus eſt, cauta ſeceſſione ſubtractum domino reſervari. Illa publica, hæc privata confeſſio eſt. Ille Judicem ſæculi vincit, hic contentus Deo ſuo judice, conſcientiam purum cordis integritate cuſtodit. Illic fortitudo promptior, hic ſollicitudo ſecurior. Ille appropinquante hora ſua jam maturus inventus eſt, hic fortaſſe dilatus eſt, qui patrimonio derelicto iccircò ſe-*

(p) Serm. de lapſ. non long. à princ.

ſeceſſit, quia non erat negaturus, conſiteretur utique ſi fuiſſet & ipſe detentus. Et quanto aut damno ſuo aut periculo imò neglectu juſsûs divini, maneant, quibus, monſtrante ipſo Soſpitatore, imbecillitatis humanæ gnaro neque incurioſo, pro ſua humanitate, portum fugæ petere licuerat, oſtenſurus: *Nec eſt, prô dolor, juſta aliqua & gravis cauſa, quæ tantum facinus* (negatæ ab iis, qui, cum fugâ ſalvam eam ſervare poterant, remanſerant, fidei) *excuſet: relinquenda erat patria, & patrimonii facienda jactura. Cui enim naſcenti atque morienti non relinquenda quandoque patria, & patrimonii ſui facienda jactura eſt? Ut Chriſtus non relinquatur, ſalutis ac ſedis æternæ jactura timeatur. Clamat ecce per Prophetam* (q) *Spiritus*

(q) Eſa. LII. 11

ritɥ S. Diſcedite, diſcedite, exite inde, & immundũ nolite tangere. Exite de medio ejus, ſeparamini qui fertis vaſa domini: *& qui vaſa ſunt Domini ac templum Dei, ne immundum tangere, & feralibus cibis pollui, violarique cogantur, non exeunt de medio nec recedunt? Alibi (r) quoque vox auditur è cœlo, præmonens, quid Dei ſervos facere conveniat, & dicens:* Exi de ea populus meus, ne particeps ſis delictorum ejus, & ne perſtringaris plagis ejus. *Qui exit & cedit, delicti particeps non ſit. Plagis verò & ipſe perſtringitur, qui ſocius criminis invenitur. Et ideò dominus in perſecutione ſecedere & fugere mandavit, atque ut id fieret & docuit & fecit.* Ejusq; rei rationem adjiciens; *Nam cùm*

(r) Apocal. XVIII. 4.

cum corona de Dei dignatione deſcendat, nec poſſit accipi niſi fuerit hora ſumendi; Quiſquis in Chriſto manens interim cedit, non fidem denegat, ſed tempus expectat. Qui autem cùm non ſecederet, cecidit; negaturus remanſit. Non pugnare hoc quidem, (uti alia in re Hieronymus (s) ex perſona Vigilantii) ſed fugere eſt. Standum potius in acie, ut poſtquam viceris, coroneris. At, quod idem Vigilantio regerit, *melius eſt conſultiusque homini non adeò robuſto imbecillitatem ſuam fateri*; & nolle ſpe pugnare victoriæ, ne aliquando victoriam perdat. Qui fugerit, gladium hoſtis periculumque devitat: Stanti aut vincere aut cadere neceſſum eſt. Quis autem ſvaſerit, animumve induxerit,

(s) Hieron. adverſ. Vigilant. Epiſt. 60. in fin.

xerit, certa dimittere, & incerta ſectari? Aut Scuto aut pedibus mors vitanda eſt. Qui pugnat, & ſuperari poteſt & vincere. Qui fugit, non vincitur in eo, quod fuga; ſed ideò fugit, ne vinci queat. Ex quibus ſententiam explices Hieronymi, (t) Chriſti de fuga adornanda conſilium præceptumve eodẽ vti Tertullianus modo ad illud tempus referentis, cum ad prædicationem Apoſtoli mittebantur, quòd perſecutionem timere non debeant, & debeant declinare. Ubi etiam ſcitè obſervat, ideò fugæ neceſſitate diſperſos primum fuiſſe fideles, *ut tribulationis occaſio fieret Evangelii ſeminarium.* Qui etiam alio loco (u) Chriſtum comperto Joannis Baptiſtæ ſupplicio in

(t) in Matth. X.23. (u) Matth. XIV.12.

in eremum ſeſe recepiſſe, advertit, non timore mortis, ſed parcens inimicis ſuis, ne homicidio homicidium jungerent, ſive ideò, ut nobis præberet exemplum vitandæ ultrò tradentium ſe temeritatis, quia non omnes eâdem conſtantiâ perſeverant in tormentis, qua ſe torquendos offerunt. Atque hanc ipſam ob cauſam alibi præcepiſſe Apoſtolis, ut aliò ſeſe fugâ conferrent, urbem, cui ſalutem nunciaturi advenerant, infenſam experti. Denique, uti ſcitè graviterque eandem in ſententiam Bernhardus (w) *Fugere perſecutionem non eſt culpa fugientis, ſed perſequentis.* Et iniit viam ipſius Chriſti atque Apoſtolorum (x) indicio exem-

(w) Bernhard. Epiſt. I. ad Robert. (x) Act. Apoſt. IX. 24. 25. II. ad Corinth. XI. 32. 33. XVII. 10. 11.

exemploque monſtratum, urgente à Decio tempeſtate Cyprianus(differendæ quidem potius in commodius tempus, quam evadendæ mortis conſilio,) quem ſecuti poſtea Gregorius Cæſarienſis magnitudine patratorum miraculorum Thavmaturgi cognomen adeptus, (z) atque Paulus (a) vitæ in ſolitudine iſta occaſione à prima juventa ad ſenectutem usque vitæque finem peractæ celebritate clarus, aliique ita ſibi in fuga præſidium quæſivere, ut vitam juxta atque in Chriſtum fidem integram ſibi ſecuramque præſtarent. Atque his neque pietate neque fortunâ diſpar, Athanaſius

(z) Gregor. Nyſſen. in vit. Gregor. Thavmad. (a) Gregor. vit. Paul. Eremet. Gregor. Nazianz. Carmen, Atell, ubi Schol. 2.

naſius (b) quo Arianorum immanitatem evaderet, nihilo gentilium improbitate mitiorem, maximam fermè temporis partem, quo Eccleſiæ Alexandrinæ præeſſe oportuerat, fugitando latitandoque conſumſit.

XIX. Neque tamen non aliquando flagitium atque defectioni proximum fuerit, ſaluti fugâ conſuluiſſe. Nefas utique non minus eſt militi ad pugnã ab Imperatore vocato, projectis armis detrectare prælium, & quem ſangvine tueri decuerat locum, vili formidine nimiaq; incolumitatis cura omittere. Quantum in iſto diſcrimine liceat, temerarium fuerit certis terminis definire, neque noſtro inſtituto conveniens. Indicat *Fuga quando illicita.*

K id

(b) Phot. Bibl. vit. Athanaſ. cod. 258.

id aliqua ex parte Chryſoſtomus (c) *Quando* inquiens, *grave quidem bellum ingruebat, nec quidquam poſſent facere quod prodeſſet, ſe abſcondebant, nam hoc quoque fecerunt Apoſtoli. Non enim ſemper apparentes in media irruebant pericula, ſed nonnunquam & fugientes & latentes ſecedebant. Poſtquam autem parum reſpirarunt, tanquam generoſi quidam catuli ex antris exilientes, & è latebris emergentes, ſtatuerunt, non ſe amplius ſolos ſervare, ſed etiam alios, quotcunque poſſent.* Atque in eundem ſanctioris diſciplinæ modum, Evlogius Antiſtes Toletanus (d) ſecuritoni ſcriptor.

Licet

(c) Chryſoſtom. Pſalm. XLIII. (XLIV.) ſub princ. (d) Evlog. Martyr. Archiep. Tolet. Memorial. Sanctor. Lib. 1. Col. 777. Bibl. PP. Tom. - - -

Licet formidoloſis facultas collata ſit declinandi rabiem perſecutionis, non tamen paſſim hoc obſervandum eſt à perfectis: qui jam præſciâ Redemptoris potentiâ denotati, & conſcripti, quaſi ab immenſis legionibus, ad exercitium præliorum Dei electi ſunt. Prolixiora fateor ſunt, quàm ut adſcribi hîc decori conveniat, quæ hanc in rem monet Gregorius Magnus; aſt niſi fallor, talia, quæ ſine cauſæ ipſiusque lectoris injuria vix omittere liceat. Ita nempe Gregorius M. (*) pugnæ fugæque locum, tempus, atque oportunitatem diſtingvens, relato Pauli Exemplo, (1.) quem theatrum Epheſi tumultu à Demetrio concitato plenum intrare volentem amici cohibuerant, rogantes, ne ſe da-

(*) Gregor. M. in Job. XXXI. 14.
(1.) Act. Apoſt. XIX. 30.

ret in theatrum, quibus (ita per-
„ git Gregorius) agnoſcimus,
„ quo impetu contra cuneos
„ adverſantes irrueret, niſi eum
„ per amicos & diſcipulos cha-
„ ritatis frena tenuiſſent. Inde
„ Pauli fugam alibi adornatam
„ conſilio de certamine Epheſi
„ ſubeundo ex adverſo compa-
„ rans: Sed ſi obviare hoſtibus,
„ ſi ultrò pugnam petere, ſi
„ noſmetipſos ſemper relinque-
„ re in curſu noſtri fervoris de-
„ bemus, quid eſt, quòd idem
„ prædicator egregius de ſe-
„ metipſo fatetur (2) dicens:
Damaſci præpoſitus gentis Arethæ regis cuſtodiebat civitatem Damaſcenorum, ut me comprehenderet: & per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum per murum, & ſic effugi manus ejus? Atque conſilii tam diverſi rationem curatius expo-

(2) ad Corinth. XI. 32. 33.

exponens: Quid eſt quòd e-„
qvus iſte modò ſponte arma-„
tos cuneos impetit, & modò„
ſe ab armatis hoſtibus quaſi„
trepidus abſcondit: niſi hoc„
quòd neceſſe eſt, ut in ejus ar-„
tificioſa virtute diſcamus ad-„
verſariorum pugnam & con-„
ſtanter aliquando appetere,„
& prudenter aliquando decli-„
nare? Ex quibus Chriſtianum„
informans Gregorius, quando„
ingruente periculo diſcrimi-„
ni ſeſe offerre aut ſubducere„
fugâ conſultius ſit; neceſſe„
quippe eſt, ut per omne quod„
agimus, in mentis trutina po-„
ſitum hinc pondus, illinc fru-„
ctum noſtri laboris æſtime-„
mus: & cùm pondus fructum,„
ſuperat, laborem quisque in-„
noxè declinet, dummodo ſe„
in aliis exerceat, in quibus lu-„
cro fructuum pondus laboris„

„vincat. Cùm verò ſubſequen-
„ti quantitate fructuum men-
„ſura laboris aut æquatur aut
„vincitur, labor non ſine gra-
„vi culpa declinatur. Idque
„Pauli exemplo iterum illu-
„ſtrans modò ad prælium,
„modò ad fugam, prout res
„poſceret, ſeſe comparantis:
„Unde prædicator ſanctus cùm
„Damaſci valde obſtinatas
„mentes perſequentium cerne-
„ret, eorum noluit adverſitati
„confligere: quia & ſemet-
„ipſum, quem profuturum,
„multis noverat, vidit poſſe
„deficere, & aut nullis ſe ibi
„aut paucis prodeſſe. Seceſ-
„ſum ergo à certamine petiit,
„& pugnaturum felicius ad a-
„lia ſe bella ſervavit. Non e-
„nim loco virtus, ſed locus vir-
„tuti defuit: & idcirco fortiſ-
„ſimus miles ab obſidionis
an-

anguſtia, certaminis cam-,, pum quæſivit. Ubi au-,, tem ſubjuganda regi proprio,, multa adverſariorũ colla con-,, ſpexit, ſubire bellum vel cum,, morte non timuit: ſicut ipſe,, cùm Hieroſolymam pergeret,,, cùmque diſcipuli paſſione il-,, lius per prophetiam præſcita,, prohiberent, ſibimetipſi atte-,, ſtatur, (3) dicens: *Ego non ſo-,, lum alligari, ſed & mori in Hieru- ſalem paratus ſum pro nomine Domini Jeſu. Neque enim facio animam meam precioſiorem quàm me.* Qui igitur hîc ho-,, ſtiles cuneos etiam præſcita,, paſſione ſua imperterritus,, petiit, illic de diſpenſatione,, fuiſſe, edocuit, non de timore,,, quòd fugit. Qua in re pen-,, ſandum eſt: quia ille labores,, quoſdam per diſpenſationis,, K 4 judi-

(3) Act. XXI. 13.

„judicium laudabiliter decli-
„nat, qui pro Deo majores ali-
„os fortiter tolerat. Nam ſæpe
„ab hominibus timor debilis
„cauta diſpenſatio vocatur; &
„quaſi prudenter impetum de-
„clinaſſe ſe aſſerunt, cum fu-
„gientes turpiter in terga fe-
„riuntur. Unde neceſſe eſt,
„ut in cauſa Dei cùm res dis-
„penſationis agitur, metus
„cordis ſubtiliſſima libratione
„penſetur: ne per infirmita-
„tem timor ſurrepat,& ſeſe per
„diſpenſationis imaginem, ra-
„tionem confingat, ne cul-
„pa ſe prudentiam nomi-
„net: jamque nec ad pœniten-
„tiam animus redeat, quan-
„do hoc, quod inique perpe-
„trat, virtutem vocat. Reſtat
„igitur,ut in dubiis quisque
„ deprehenſus, cùm quælibet
„ſibi adverſitas imminet, prius
intra

intra ſemetipſum contra for-„
midinem & præcipitationem„
pugnet, quatenus nec formi-„
dolosè ſe ſubtrahat,nec præ-„
cipitanter opponat. Valdè e-„
nim præceps eſt, qui ſemper„
ſe adverſis objicit,& valde pa-„
vidus,qui ſemper abſcondit. „
Denique bellicæ fortitudinis„
prudentiæque exemplo dicta„
comprobaturus : Sed hæc„
melius in bellis ſpiritualibus„
diſcimus,ſi formam exercitii à„
corporalibus bellis trahamus.„
Non enim ille dux ſapiens eſt,„
qui ſemper contra hoſtiles„
cuneos exercitum præceps ad-„
movet : neque dux fortis, qui„
ſemper hunc ab hoſtis facie„
cavendo ſubducit. Scire nam-„
que dux debet modò ab ho-„
ſtili impetu exercitum cautè„
ſubtrahere , modò hoſtem„
circumfuſis cornibus coarcta-„
K 5 re.

„re. Quod nimirum ſollicite „perfecti prædicatores exhi„bnet:cum modò perſecutionis „rabiem declinantes, noverunt „ſapienter ſed non enerviter „cedere: modò autem perſecu„tionis impetum contemnen„tes, noverunt ei fortiter, ſed „non præcipitanter obviare.

OBSERVATIO III.

DE

TRADITORIBUS.

I.

Traditores qui

PRæter Sacrificatos atque Libellaticos fuere etiam Traditores, ii nempe, qui inſiſtente Gentili magiſtratu, & nîmos gereretur, dira minitante, aut ſacra vaſa, aut ipſos etiam divinarum literarum Codices

dices tradiderant, feralibus mox flammis urendos. Scilicet illo igne vocem Populi Chriſtiani, ipſamq;, quam adeò averſabantur, religionem aboleri arbitrabantur Gentiles; expulſis inſuper aut occiſis divinæ ſapiéntiæ profeſſoribus, ſedulò, quantum poterant, procuraturi, ne quid uſpiam Chriſtianum occurreret; more cetera non pravo atque priſcis à Romanis (e) atque Athenienſibus uſurpato, quorum iſti Numæ aliquos (Græcos videlicet,) quod aliqua ex parte ad ſolvendam religionem pertinere exiſtimarentur, aliorumque libros, ſuperſtitione

Libri improbati à Gentilibus exuſti.

(e) Liv. XX. 49. XXIV. . . . Plutarch. in Numa. Valer. Max. l. 1. 12. Lactant. Inſt. div. I. 22. | & de ira Dei. c. 9. add. l. 4. §. 1. ff. Famil. Erciſc. Diog. Laërt. Jo. à Wower. ad Minuc. Fel. Octav. p. 8.

ne atque impietate infames hi Protagoræ ſcripta, aditum (uti putabant, aut criminabantur) ad Atheiſmum datura, cremavere, religioſum rati, quidquam in civitate aſſervari, quo animi hominum à Deorum cultu avocarentur. Quorum rationem atque exempla meliori jure imitati Chriſtiani (f) libros magicos aut hæreſi Manichæorum, (g) Arii, Neſtorii, Eutychianorum infectos, aut à Porphyrio aliisve adverſus Eccleſiam conſcriptos, ne quid ex iis religio atque pietas detrimenti caperet,

(f) Actor. XIX. 19. Gregor. Nazianz. Orat. XXX. in laud. Cyprian. (ubi de libris magicis à Cypriano ad fidem Chriſtianam converſo, combuſtis) Socr. H.E. I. 6.
(g) l. 3. §. 1. 3. c. de ſumm. Trin. l. 10. de Epiſc. Audient. l. 6. l. 8. §. ult. l. 16. §. 2. de hæret. & Manich.

peret, corrumpi comburique voluere; *quæcunque ſcripta* (uti piè Theodoſius atque Valentinianus Impp.) *Deum ad Iracundiam provocantia, piasq; offendentia mentes ne ad aures quidem hominum pervenire* paſſuri.

II. Atque ad hunc modum, ſimili pietatis atque religionis quamvis falſa opinione ducti iſti quos diximus, Codicum, quibus religio Chriſtiana continebatur, uti ſibi poteſtas fieret, imperio, minis, ſuppliciisq; quando iſtis nihil profeciſſent, urgebant. Exhibet ejus rei exemplum Prudentius, apud quem Datianus Prætor, conſumptis ferè, quos Vincentio ad exuendam fidem Chriſto datam traducendo adhibuerat, cruciatibus, hactenus ſaltem

Exemplum Traditionis poſtulata.

(h) Prudent. περὶ ϛεφάν. hymn. 5.

conſtantiam hominis expugnaturus, ut libros exhiberet, adeò Numinibus inviſos:

Si tanta, (inſtat,) *callum pectoris*
Prædurat obſtinatio.
Pulvinar ut noſtrum manu
Abomineris tangere:
Saltem latentes paginas,
Libroſque opertos detege,
Quo ſecta pravum ſeminans
Juſtis crematur ignibus,

Quæ itidem adſpernens fortiſſimus pietatis

Quem tu maligne myſticis
Minitaris ignem litteris,
Flagrabis ipſe hoc juſtius.
Romphæa nam cœleſtium
Vindex erit voluminum,
Tanti veneni interpretem,
Lingvam, perurens fulmine.

Patratæ. III. Aliud, at diſſimilis eventus, extat apud Auguſtinum, (i) ex

(i) ex ipſis Actorum monumentis ita deſcriptum, ut geſtæ rei modum ordinemque, non minus ferè, quàm à præſente oculis auribusque hauriri poterat, explicet, quæ verbis aut Auguſtini aut ipſius Felicis, quo jubente atque curante negotium peractum, plerisqve retentis, hîc referre, operæ, niſi fallimur, pretium fuerit. Diocletiano & Maximiano Coſſ. Cirtæ cùm ventum eſſet ad domum, in qua Chriſtiani conveniebant, Felix flamen, perpetuus curator, Paulo epiſcopo dixit, *Proferte Scripturas legis, & ſi quid aliud hic habetis, ut & præcepto & juſſioni parere poſſitis.* Reſpondit Paulus: *Scripturas Lectores habent, ſed nos quod hic habemus, damus,* (vaſa pura aurea,

(i) Auguſtin. Tom. VII. cont. Creſcon. Grammat. Lib. III. c. 29.

rea, quorum paulo poſt mentio ſit. Cui iterum Felix: *oſtende lectores, aut mitte ad illos*; At quæ rurſum Paulus; *Hos ipſi noſtis*. At negante Flamine, lectores ſibi notos eſſe, regesſit Paulus; Non tamen officio publico (hominibus in officio publico conſtitutis, *Exceptores* appellabant) illos incognitos eſſe. Quibus auditis, rationem ſe de lectoribus, Epiſcoporum curâ conquirendis habiturum, repoſuit Felix; Interim Paulus, & qui alii ex ſacro ordine aderant, quæ ſe habere dixerant, promerent. Quibus vaſa, quorum ipſis copia erat, proferentibus Calices * duos aurei. Item calices ſex argentei, atque indicio Sylvani, ſubdiaconi Cyrtenſis, (poſtea Epiſcopi)

* Ep. 162. p. 726. Ep. 165. cont. Creſcon, d. c. 29, & IV. 57.

pi) capitulata atque lucerna, argentea utraque, in prædam ceſſere. Quid de Lectoribus, & quos ii, penes ſe habebant, Codicibus actum fuerit, recenſere omiſit Auguſtinus, de quibus tamen ex iis, quæ jam de vaſis ſacris proditis retulimus, conjicere licet. Tales (Traditiores inquam) etiam Donatus Maſculitanus, Marinus Donatus Calamenſis, aliique (k) proditorum crimen Cirtenſi concilio confeſſi, atque inter hos præcipuo loco Victor Ruſiccadius, qui Secundo Epiſcopo Tigiſitano, Numidiæ Primate, traditorum Evangeliorum facinus objicienti, à Valentiano Curatore (qualis Felix

(k) Ep. 165. Col. 752. cont. Creſcon. III. 27. Optat. Milev. cont. Parmen. lib. 1. Col. 470. Bibl. PP. Tom. IV. Edit. Pariſ. 2.

lix modò memoratus,) ſe coactum cauſatus eſt, ut illa in ignem mitteret, reputantem, illa deletitia, talia ſcilicet (ſi rectè ſuſpicor,) eſſe, quæ facili caſu perire queant, neque adeò digna, quæ ut ſerves, vitæ periculum ſubeas. (l) Tetigit ejusdem culpæ ſuſpicio ipſum Secundum, concilii Præſidem, qui quamvis Perſecutoribus à Curatore atque ordine civitatis ad ſe miſſis, ut Scripturas traderet, poſtulantibus, ſe reſpondiſſe jactaret, Chriſtianum ſe Epiſcopum, non Traditorem eſſe, haud tamen fidem faciebat ſcripturis, quas penes ſe eſſe non diſſimulaſſet, non traditis,

(l) d. Epiſt. 162. p. 227. cont. Creſcent. d. c, 27. cont. 2. Gaudent. Epiſt. II. 28. Brevic. Collat. 3. diei, p. 583. Optat. d. l.

tis, impunè ab iſtis fuiſſe dimisſum neq; ultra proceſſisſe tam rigidos Codicum horum exactores, atque in recuſantes acerrimos negati, uti exprobrabant, obſequii vindices, in quorum aliquos ſeveriſſimis ſuppliciis, ipſo memorante Secundo, animadverterant. Ita à crimine iſto non ita, uti gloriabatur, alienus, inſiſtente præſertim Purpurio quodam Limatenſi Secundus facile animum inducebat, ut veniam daret delicti ſociis, hactenus ſaltem, melioribus, quòd quæ admiſerant, non inficiatione auxisſent.

IV. Oneravere ejusdem flagitii invidiâ Donatiſtæ (m) Menſurium, Carthaginenſium ante Cæcilianum Antiſtitem, deprompta ex literis ejus ad Secun-

(m) d. collat. p. 581.

cundum Tigiſitanũ calumniæ occaſione, quibus equidem ſe non codices ſacros tradidiſſe, ſed potius, ne ab iſtis, quibus id negotium datum, invenirentur, occultaſſe, perſcripſerat, eo commento eluſis, ut ſcripta quædam hæreticorum, quæ velut ex inſidiis iſtic collocaverat Menſurius, diripuiſſe contenti, atque rem benè geſſiſſe, & quod quærebant, ſe reperiſſe rati, nihil ultra flagitantes abirent, eà piæ fraudis fortunâ, ut Proconſul, doli quamvis aliunde admonitus, atque ne occultatas Præſulis calliditate ſcripturas in domo ejus conquirere deſiſteret, inſtigatus, indicium ſperneret, homo forte mitioris ingenii, & cui ſatis erat, officio qualicunque modo perſunctum videri.

V. Pe-

V. Pejores his ii, quorum eò uſque aut metus aut improbitas proceſſit, ut libros iſtos non traderent tantùm Gentilibus exurendos, ſed & ipſi, ne pravo miniſterio undecunqve deeſſent, comburerent. Atq; hujus criminis, incenſorum, nempe codicum Dominicorum reos arguit (n) Petilianus Donatiſta, Cirtenſis Epiſcopus, Marcellinum Romanorum, Menſurium, atqve hujus ſucceſſorem Cæcilium, Carthaginenſium Præſules, *ex ipſis ſacrilegis flammis, perfidiæ beneficio,* (ita Petilianus, referente Auguſtino,) *favillarum vel cinerum inſtar ſuperſtites;* Quod quamvis eò trahi poſſit, ut cremaſſe dicti ſint, qui libros iſtos, uti

Traditio cum exuſtione conjuncta.

(n) apud Auguſtin. cont. lit. II. 92. col. 143.

uti alibi Auguſtinus, (o) exurendos Gentilibus tradiderint, contigiſſe tamen aliquando, ut intra Traditionis culpam haud ſubſiſtentes, ad impium iſtud miniſterium ſe perpelli ſinerent, ex eo conjicias, quod Auguſtinus, (p) Felicem Aptungitanum Donatiſtis imprimis inviſum, ab exuſtione *inſtrumentorum deificorum* (ita ex Actis Auguſtinus,) liberum pronunciat, cùm nemo probare potuerit, quòd religioſas ſcripturas tradiderit. Ita ut de objecta divinarum ſcripturarum proditione atque exuſtione cognitâ causâ (ita iterum Auguſtinus) (q) innocentem eſſe conſtiterit. E contrario Victor ſupra memoratus, interroga-

(o) cont. Creſcon. IV. 8. (p) III. 70. (q) Ep. 68. Col. 324. contra Creſcon. d. c. 27.

rogatus de crimine, à Valentiano ſe coactum faſſus eſt, ut Evangelia (codicem Evangeliorum) in ignem mitteret. Ex quo Auguſtinus (r). Donatiſtis ſui temporis exprobrat, Majores ipſorum, quorum ipſi ſchiſma ſectentur, ſanctos libros ignibus tradidiſſe.

VI. Hiſce aliquantum, ſi quid noſtri judicii eſt, nequiores, qui veluti de ſociis criminis rogati (aut forte aliquando ſua ſponte, extra quæſtionem,) religionis conſortes edebant, aut fidei aut vitæ diſcrimini objicientes, quos fratrum hactenus loco habitos fideli ſilentio protegere oportuerat; improbiſſimũ Delationis genus in eos exercentes, quibus ſumma culpæ erat, iisdem quibus eo usqve & iſti legibus ritibusqve. Numen

Traditores hominum.

(r) de unit. Eccleſ. Cap. 16.

men coluiſſe. Tales fortean Domeſtici à quibus domini traditi Canone quodam Concilii Ancyrani (s) dicuntur, quamvis haud negemus, id forſan crebrius à ſervis factitatum, quos Gentiliſmo adhuc addictos in familia aliquando Chriſtiani habebant, libertatem, præmia, aut in dominos haud ſemper quantum vellent, mites liberalesve, ultionem parantes. Neque enim inſolens erat, Dominis aliquandò inſidiari ſervos, quorum improbitate jam pridem effectum erat, (t) ut ex SCto Statueretur, uti ſi quis à ſuis ſervis interfectus eſſet, omnes qui ſub eodem tecto manſiſſent, inter ſervos ſupplicia

(s) Concil. Ancyr. Can. 3. (t) Seneca Epiſt. 4. Tacitus XIII. Annal. 32, & XIV. - 42. - 45. Plinius VIII, 14. Leg. I. Sct. Sillan.

cia penderent; quòd ſc. non alia ratione ſecuritati Dominorum conſuli poſſe Senatus putaret.

Tertullian. de talibus delatorib. locus explicatus.

VII. Atque hiſce Albaſpinæus (u) accenſet illos, qui, uti ait Tertullianus, (ita Albaſpinæus, Canonem quendam concilii Arelatenſis explicans,) Chriſtianos traduxerant, atque ad Magiſtratus detulerant; de quibus equidem Albaſpinæi ſententiam, nullum Tertulliani librum locumve nominantis, aut probare aut refellere, haud expeditum eſt. Increpat Tertullianus (x) ſuo *de Fuga in Perſecutione* libro præter iſtos, qui in fuga ſibi, ne deprehenſi religionis pœnas luerent, præſidium collocabant, etiam illos, qui

(u) Albaſpin. ad Can. 13. Concil. Arel. 1. (x) Tertull. de Fug. in Perſec. c. 12.

qui ne à Delatore, aut Concuſsore traderentur, atque traducerentur, imminens ab iſtorum nequitiâ periculum, nummis redimebant, ſatius arbitrantes, qualiſcunque pecuniæ, quam capitis fideïve damnum ſubire. Ubi id ipſum Traditionem, eosque, qui auro his artibus Chriſtianos emungebant, Traditores appellat. Et, fateor, locum hunc, cùm de Fuga iſta atque Redemptione adeò Tertulliano improbata ſuperius agerem, primùm obtuenti in mentem veniſſe, de his Traditoribus ſermonem eſſe Tertulliano, quos Thurificatorum atq; Libellaticorũ ſceleri affines, inter eos habuit Eccleſia, qui, quam dederant Chriſto, fidem prodiſſent. At caput illud Tertulliani paulo accuratius inſpicienti

cienti patuit, de Gentilibus hîc verba facere Tertullianum, qui ut à Chriſtianis aliquid nummorum corraderent, nomen ſe delaturos minitabantur, nî imminentem ex proximo cladem quantocunque rei familiaris diſpendio avertiſſent. *Auctores*, hac ipſa in cauſa ad inquirendos videlicet puniendosque Chriſtianos pertinente atque *Indices* Plinius (y) appellat; *Delatores* frequentiori vocabulo nuncupant, Genus hominum, Cæſarum maximè poſt Auguſtum temporibus, etiam extra religionis crimen, plerorumque innocentiæ aut fortunæ infeſtum, publico exitio repertum, atque pœnis aliquando, nunquam tamen ſatis coërcitum. Et forſan Tertulliani tantum

(y) Plin. 10. Ep. 97. 98.

verbis uti, non de Traditoribus noſtris ea interpretari in animo fuit Albaſpinæo, viro non judicio minus quàm ingenio atque eruditione pollenti. Certè iſta ad explicationem Canonis Arelatenſis ita trahere, ut eosdem Tertullianus, quos Patres Arelanenſes, deſignet, nimis alienum fuerit ab homine, quo ſacræ Antiquitatis haud facile quiſquam magis peritior. De Clerico Traditore Arelatenſibus, de Gentili Delatore Tertulliano ſermo eſt. Iſtum ordine ſacerdotali moveri decernitur; quod ridiculum fuerat, in hominem Gentilem ſtatuere, extra Eccleſiam degentem, neque loco deturbandum, quo nunquam acceſſerat, & quo potiri, ne quidem in animum unquam induxerat.

VIII, Actum hoc de crimine Concilio, cujus jam meminimus, Arelatenſi, (z) cùm Conſtantinus rerum potiretur, celebrato, quo ſancitum. *De his, qui ſcripturas ſanctas tradidiſſe dicuntur, vel vaſa dominica, vel nomina fratrum ſuorum, ut quicunque eorum ex actis publicis fuerit detectus, non verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur. Nam ſi iidem aliquos ordinaſſe fuerint deprehenſi, & de his, quos ordinaverunt, ratio ſubſiſtit, non illis obſit ordinatio. Et quoniam, multi ſunt, qui contra Eccleſiaſticam regulam pugnare videntur, & per teſtes redemptos putant ſe ad accuſationem admitti debere, qui omninò non admittantur, niſi (ut ſupra diximus) actis publicis docuerint omni ſe ſuſpicione carere.* Quo in canone ratio

Decretum Concilii Arelatenſis de Traditoribus.

(z) d. Can, 13.

probandi delicti, puniendi modus, & quo denique loco habendi, qui à Traditoribus conſecrati eſſent, ſpectanda. Quanquam enim largiſſimam probationum copiam fieri velint JCti, cenſuere tamen Arelatenſis Concilii Patres, ut ad convincendum reum, criminis hujus delatum, nullus teſtibus, ſed Actis tantum publicis locus eſſet, Magiſtratum videlicet, aut etiam, uti benè obſervat Albaſpinæus, eorum, quêis Eccleſia quæque rerum apud ſe aut à ſuis geſtarum memoriam fidemque conſervabat, (Geſta Eccleſiaſtica appellat (a) Auguſtinus,) ita ut culpæ inſons haberetur, quem tale quid perpetraſſe, non publicis monumentis conſtitiſſet, & ne inter reos

(a) Auguſtin. Epiſt. 162. p. 726. 727. de unit. Eccleſ. c. 16. 737.

reos quidem nomen reciperetur, niſi qui deferebat, iſtis inſtructus ad accuſandum acceſſiſſet. Supplicii in convictos ſatis viſum Patribus, ſacro ordine dejici; ex quo etiam ſuſpiceris, frequentius id Clericorum crimen fuiſſe, ad quos cura atque cuſtodia codicum vaſorumq; iſtorum maximè pertinebat; & quos ideò præ ceteris invadebant Gentiles, quando iſtorum diripiendorum lubido inceſſeret, quamvis aliquando etiam penes laicos eam culpam fuiſſe ex Optato (b) appareat. Denique id potiſſimum cautum Patres voluere, ne cuipiam fraudi eſſet, facultatem obeundorum ſacrorum munium ab iis accepiſſe, qui, ut loco, quem obtinebant, ipſi moverentur, Traditione, me-

(b) Optat. d. lib. 1. Col. 470.

Contra Donatiſtas. ruerant. Paucis, contra Donatiſtas ſuam totiusque Eccleſiæ cauſam Canone hoc egere Patres, quamvis nomine, neſcio quâ modeſtiâ, quove conſilio abſtinerent; faciliorem forſan diſſidii componendi rationem fore rati, ſi, quos petebant, non velut indicto bello, atqve aperto Marte aggreſſi fuiſſent. Ad partium nempe ſtudium mitigandum intereſſe credebatur, partium vocabula omitti, & qui diſceſſerant, nulla expreſsâ ſeceſſionis factæ notâ invidiâque laceſſi. Ea res admonet, ut de principiis factionis Donatiſtarum, & qua occaſione, quibusvé cauſis ad iſtud diſſidium, quo Eccleſiæ miſerè convulſa, perventum ſit, altius diſſeram.

Origo Donatiſtarũ. IX. Mortuo Menſurio Carthaginenſium Antiſtite, ſuffectus

ctus Cæcilianus, Eccleſiæ, cui præficiebatur, jam multis virtutum experimentis probatus. Tulit ægrè viri ſibi inviſi honorem Lucilla, fœmina opibus, atque gratiâ pollens, à Cæciliano, cùm Diaconi adhuc munere fungeretur Carthagine, læſam ſe rata, quòd protervius, uti locupletiorum mos eſt, agentem officii, acerbiori fortè, quàm mulier divitiis atqve dignatione clara, ideoq́ve inſolentior, ferre poſſet, caſtigatione monuerat; (c) ſecum etiam reputans, quid Epiſcopuś facturus eſſet Cæcilianus, talia in minori ordine auſus. Quo igitur amoveret virum ſibi tam moleſtum, ipſaqve muneris magnitudine graviorem, pecu-

 niis

(c) d. Ep. 162. col. 732. paulò aliter Optat. lib. 1. col. 470. 471. 472.

niis Epiſcopos quosdam adorta eò perpulerat, homines jam tum fame ſacra laborantes, ut ſpreto rejectoqve Cæciliano Majorinum ſubrogarent, fœminæ commodiorem, neqve ignarum, cujus favore atqve opibus præficeretur, eòqve mulieris, cujus beneficio id faſtigii conſcenderat, voluntati magis obnoxium. (d) Ne tamen ſpecie careret improbitas, prætextu opus erat, & conquirendæ, aut quando non ſuppeterent, fingendæ per calumniam cauſæ, ne per flagitium cupiditati impotentis fœminæ morem geſſiſſe viderentur. Cæcilianum, ne martyribus in cuſto-dia

ex imputata Cæciliano traditione.

(d) Col. 726. 733. 737. ſub fin. Epiſt. add. Auguſtin. cont. Creſcon. Lib. III. 28. de unit. Eccleſ. c. 16.

dia conſtitutis victûs copia fieret, impediviſſe, ſanctosqve codices (quod caput accuſationis erat,) tradidiſſe, aut vitio ſaltem creatum, à Felice nempe Epiſcopo Aptungitano ordininatum, criminabantur, (e) Traditionis, uti ajebant, labe notato. Et coacto Carthagine Concilio, (f) abſentes damnati Cæcilianus atqve Felix Præſide Secundo Tigiſitano, ipſo traditionis aut reo aut ſu-

(e) Epiſt. 162. col. 726. 727. Epiſt, 152. col. 698. Ep. 166. col. 755. 756. 757. cont. Creſcon. III. 61. Brevic. Coll. d. c. 5. Col. 582. Optat. d. col. 472. Auguſt. d. Ep. 162. col. 726. 727. 728. 733. cont. Creſcon. III. 27. in fin. 28. cont. 2. Gaudent. Epiſt. II. 28. d. Brevic. 5. col. 582. & ſeqq.

(f) d. Ep. 162. col. 727. de unit. Eccleſ. c. 20.

ſpecto, ſententiam dicentibus ſeptuaginta Epiſcopis, pleriſq; Lucillæ obnoxius, quibusdam etiam in Cirtenſi Concilio proditorum divinorum Codicum facinus confeſſis, veniam tamen à Secundo adeptis, flagitii ſocietate aut ſocietatis ſuſpicione clementiori, ſibi ſcilicet, ſuæque ſecuritati, non, quod videri volebat, publicæ Eccleſiæ paci, conſulturo. Ita nempe volebat Lucilla, fœdiſſimo iſto obſequio demulcenda; & confeſſi criminis ignominiam mutuâ confitentium diſſimulatione abolituros ſeſe ſperabant, ſi infamiam in alios transtuliſſent, tanquam in nebula, (uti eleganter (g) Auguſtinus) mendaciſſimi rumoris, ipſi, qui verè tradiderant, latitaturi. Celari,

Ab ipſis ideò condemnato.

(g) Col. 729. 730. 732. Optat. d. Col. 472.

lari, quæ patraverant, poſſe, in animum inducebant, ſi eorum, quæ ipſi commiſerant, alios reos ſubdidiſſent, atque homines, uti iterùm ſcitè Auguſtinus, ut à veritatis inquiſitione diverterentur, falſis rumoribus avocaſſent. Innocentiæ ſcil. opinionem calumniis ſibi comparaturos exiſtimabant; ſcelera, uti ſolet, alio ſcelere tuituri.

X. At ſententiam tanquam iniquam, uti erat, adſpernante Cæciliano, ideoque re à Donatiſtis ad Conſtantinum Imper. delatâ Melchiadi Romanæ urbis Epiſcopo, additis quibusdam, negotium à Principe datum, qui cauſam cognoſcerent. (h) A quibus abſolutum ægrè to- *Secutis judiciis abſoluto.*

(h) Epiſt. 68. d. Ep. 162. col. 726. 727. Epiſt. 166. Col. 756. 757. cont. Ep. Parmen. l. 5. 6. cont. lit. Petil. II. 92. col. 145. cont. Creſcon. III. 71. IV. 7. de Unit. Eccl. c. 16. d. Brevic. col. 585. cont. Donat. poſt. Collat. c. 33. Optat. d. lib. 1. Col. 474.

tolerantes Donatiſtæ, ideoque ad Cæſarem provocantes, ut alio judicio in negotium inquireretur, exoravére. Annuit Imperator, atque ut Arelati negotium ab Epiſcopis quibusdam retractaretur, conceſſum, qui cùm & ipſi Cæcilianum inſontem pronunciaſſent, Donatiſtæ, ne quid ad hominem adeò ſibi exoſum damnandum intentatum relinquerent, Conſtantinum tertium aggreſſi, ut ipſe cauſæ diſceptationi intereſſet obtinuere. Hujus quoque ſententiâ victor perſtitit Cæcilianus. Neque tamen quievere victi tòties atque confutati homines, ad turbandam Eccleſiæ pacem obſtinati, datos ab Imperatore judices pariter à Cæciliano corruptos atque ipſum Imperatorem quâ neſcio gratiâ depravatum cauſantes,

ſantes, (i) eadem videlicet improbitate atque impudentiâ judici facientes invidiam, qua calumniam adverſario ſtruxerant inſito mortalibus ingenio, non judici langvidus, cujus ſententiâ cecideris, quàm ipſi, cui ſuccubueris, parti iraſci.

XI. Ita à Cæciliano depulſi, cùm hac non ſucceſſiſſet, alia viâ rem expediendam rati, de Felice quæſtionem commovere, eo modo, (uti rurſum Auguſtinus) arbitrantes Cæcilianum jam purgatum alienis criminibus irretiri. At hîc quoque, judicio Heliani Proconſulis calumniæ comperti convictiqve ad ingenium, non ad meliorem mentem rediere Donatiſtæ.

Felix Cæciliani Ordinator, traditionis à Donatiſtis accuſatus.

Abſolutus.

(i) cont. Creſcon. III. 61.

Donatiſtarum inde ab Eccleſia ſeceſſio. natiſtæ. (k) Spe commodioris judicii undequaqve dejecti, non Melchiadem tantùm Traditionis incuſant, ſed & velut aggere rupto totum orbem Chriſtianum inundaturi, Eccleſiam Melchiadi, criminisqve conſortibus communicantem, tanquam contagine violatam ne tota periret, in Africam deflexiſſe, quam ipſi incolebant gloriabundi quiritabantur, ſcilùm ſcilicet apud *Partem Donati* ſuperſtitem. *Partem*, inquam,

Eorum denominatio.

(k) cont. Donat. poſt. Col. II. cap. 32. d. Ep. 68. col. 324. Ep. 152. col. 698. 699. Ep. 166. col. 757. cont. Creſcon. III. 70. IV, 7. Optat. d. l. 1. in fin. cont. Ep. Parmen. d. c. 5. d. Coll. 3. c. 5. col. 587. de unit. Eccleſ. d. c. 16.

quam, *Donati,* (l) nomine primùm à Donato à Caſis nigris, (Calenſem aliquando vocat Auguſtinus) & cum hujus piguisſet, à Donato Carthaginienſi accepto, poſtquā jam dudum etiam Majorini tæduerat, à quo primùm factio factionisque inceperat nomen, (m) eodem ferè modo, quo exoleto Zwinglii nomini Calvini prævaluit, ad deſignandos eos, qui dogmata iſtorum pleraque ſeqvuti, tandem *Reformati* audire maluerunt. *Donatianos* vocat (n) Hieronymus (quâ etiam ap-

(l) Concil. Reg. Collect. Pariſ. Tom. I. p. 671. Auguſtin. cont. Creſcon. Lib. II. c. 1. 2. c. 5. col. 588. poſt collat. cap. 13. 16. (m) Pars majorini vocatur ab Auguſt. Epiſt. 166. col. 731. Brevic. Coll. 3. c. 5. pr. (n) Hieron. Catal. Script. Eccleſ. Tom. I. p 191.

appellatione magis delectabatur Creſconius, ex iſta (o) Donati parte haud poſtremus.) Receptiori vocabulo Auguſtinus *Donatiſtas*, uti ab *Evangelio* (ita is feſtivè) *Evangeliſtas*, aut potius à *ſcandalo ſcandaliſtas*, compellat. Solos ſeſe Chriſtianos jactitabant, reliquo orbe nomina Chriſtianorum umbraſque, non cives vagari. Communione ſuum crimen feciſſe, quotquot cùm Cæciliano, Felice, Melchiade ceteraque Traditorum turba rerum divinarum commercium manſerit. Simulacris eos divinorum myſteriorum, non myſteriis divinis potiri; quorum ab improbis improborumque ſocietate contactis celebratorum

Cauſæ ſchismati prætextæ.

(o) Auguſtin. cont. Creſcon. d. c. 1.

rum nulla vis, atque inanis ceremonia ſit, non niſi oſtentui atque pompæ idonea. Hinc alio lavacro opus eſſe iſtis, qui ſordes natalium vitio aut etiam ſua ſponte contractas apud iſtos abluiſſe ſeſe crediſſent, quos averſata gratia cœleſtis in Africam, parti Donati habitatam diverterit, cùm jam haud amplius haberet, ubi non illæſa dignitate morari poſſet; Catholicis, crimen Traditionis ab ipſis, qui tàm invidiosè traducebant, commiſſum; Cæciliani atqve Felicis cauſam tantis judiciis comprobatam, aut ſaltem à cauſa Eccleſiæ, repetitæ toties pro innocentia ſententiæ meritò adquieſcentis, diſtinctam; *Sacramentorum* denique virtutem ſuo pretio validam, non ex dignatione adminiſtrantis ſuſpenſam, nec-

à Catholicis refutatæ.

necquidquam (p) regerentibus.

Donatiſtarum pervicacia.

XII. Multum laboratum apud homines, ad tantum furorem diſſidiique lubidinem prolapſos ut ſanitatem pacemque admitterent, non alio quidem ſucceſſu, quàm ut ex inſanis redderentur efferatiores. Inprimis hæc area Auguſtinum (q) atque Optatum Milevitanum exercuit, nihil reliqui facientes, quo colluviem ad ſuâ mala obfirmatam in officium ordinemque redigerent, Eccleſiæqve redderent, nullâ legitimâ

(p) Auguſtin. dd. ll. Epiſt. 152. col. 696. Ep. 165. d. Coll. 3. c. 4. in fin. Optat. lib. 5. add. de hac materia P. Damian. Ep. 16. per tot. præſertim Cap. 2. 4. 5. 6. 9. 11. 13. 19. & in ſpecie de Donatiſtis cap. 16. in fin. cap. 23. 24. Bibl. P. P. Tom. 3.

(q) Auguſtin. Tom. VII.

mâ de causâ eorumqve maximè, qui ſeceſſerant, damno deſertæ. Exilio etiam à Principe mulctati, qui pervicaciam tranquillitati publicæ, ſuæq; ſaluti præponerent. At non ii erant Donatiſtæ, quos aut mitigaret blanda compellatio, aut ſeveritas legũ pœnarumvé compeſceret; eam ad rabiem deniq; progreſſi, ut veluti juſtis armis res ageretur ea in Catholicos, ubi temporũ locorumq; commoditas occaſionẽ, animos viresq; præbuiſſent, auderent, quibus etiam in hoſtem abſtinendum, Gentes non omnem humanitatem cum pace exuendam arbitratæ, cenſuerunt. Neqve inter ſe concordiam ſanctius colere decebat, qui tam levi deſultu ab Eccleſia ſeceſſionem fecerant, in *Primianos*, *Maximiniaſtas*, *Rogatianos*, minutatim

Factiones eorum diſperſæ.

tim conſcisſi. Ita iterum in partes Pars Donati abierat, ne invicem conſtantiori affectu coaleſcerent, qui ab Eccleſia diſſidebant, pacem toties invitati, moniti, compellatiqve, animis ad continuandum bellum, propagandamqve ruinam adeò obfirmatis, ſpernentes. Et quo ægrius Catholicis facerent, Arianis conſenſum atqve favorem commodare cœperunt, (r) uti pronus videlicet à ſchiſmate ad hæreſin eſſe tranſitus ſolet, non ita deſide malitia, ut ubi cœperit primùm, conſiſtere velit. Atqve hæc plus ſatis, niſi fallor, ad ſenſum Canonis Arelatenſis explicandum, ut jam quid addere, nimium fuerit.

Inclinatio ad partem Arianorum.

XIII.

(r) Hieron. d. l. Sand. Nucl. H. E. Lib. 2. p. 172.

XIII. Ceterum mirari quis aut percunctari poſſet, tantine criminis id loco habendum, ne de vita pericliteris, libros aut etiam vaſa ſacra tradere, atqve hæc quàm ſangvinem caputq; ſuum diſcrimini exponere malle. Et verò vaſa ſacro cultui dicata ſua incolumitate cariora habere, incongruum foret, quæ ad tuendam non publicam tantum, ſed & ſingulorum ſalutem libertatemvé reparandam, captivitate fortè amiſſam, impendi etiam (s) ſacræ leges vo-

Crimen Traditionis quo loco habendum.

Vaſorum ſacrorum

(s) II. Reg XVIII. 14. 15. 16. Cauſ.12. qv. 2. Cap.70. 71. Greg. M.6.Ep.13.35.& 7. Ep.14. Indict.2. L. 21. de SS. Eccleſ. ibique Brunneman. Victor. Utic. de Perſec. Vandal. lib.1. librorũ Chryſoſt. in Matth. Homil. 67. 78. 87. Phot. nom. can. tit. 2. C. 2. Bibl. PP. Tom. 5. Col. 1197. 1198.

voluere. Aurum ſcilicet, cuicunqve uſui deſtinatum, ſervando homini, non hominem auro retinendo erogari, æquius erat; niſi forte quantocunqve auro ſangvis humanus non chario multo atqve pretioſior eſt.

XIV. De libris divinis difficilius forſan judicium fuerit. Acerbè ſatis quidem Optatus Milevitanus, Traditorum veluti originem natalesq; recenſens (t): *Ipſi apices & principes omnium aliqui Epiſcopi, illis temporibus, ut damno æternæ vitæ, iſtius incertæ lucis moras breviſſimas compararent, Inſtrumenta divinæ legis impiè tradiderunt.* Grande nefas, atqve æterna morte piandum in ſe admiſiſſe hîc cenſet optatus, qui ne vitæ diſcrimen adirent, Codicum ſa-

Optati Milevitani ſententia acerbior.

(t) Lib. 1. Col. 470.

ſacrorum jacturâ iſtam redimendam putaverant.

XV. At vix animi ſententia hæc dixiſſe Optatum, aut in mitiorem ſaltem poſtea tranſiiſſe, certum eſt. Parmeniano nempe, ſuo atque communi Donatiſtarum nomine forſan ſciſcitaturo, cur communioni ſuæ reſtitui cupiant Catholici Donatiſtas, Traditorum, (quod iſti criminabantur;) progeniem, ita reſpondet (u) Antiſtes Milevitanus, ut non ſucceſſores tantùm Traditorum ab ipſis Traditoribus diſtinctos velit, à crimine quippe Traditionis immunes; ſed & ipſam iſtorum culpam talem eſſe oſtendat, quæ meritò Eccleſiam habeat ignoſcentiorem, & cui veniam potius atque clementiam, quàm ſe- *Mitior.*

M

(u) Lib. 7.

ſeveritatem commodes. Et, ne ſua ſponte atque gratis in leniorem ſententiam conceſſiſſe videretur, exemplis eam argumentisque tuetur. Et, quidem defenſionem Traditorum excuſationemvé à Moyſe exorſus, Tabulas legum ipſius Numinis manu exaratas memorat, nullâ hujus offensâ, ab iſto, & quidem volente confractas, (x) quo excuſatius deliquiſſe videantur, qui ſanctos codices inviti, atque urgente, quam alia ratione amoliri non licuerat, neceſſitate tradiderant. Et Palæſtinis (y) ipſam divini fœderis aream tradidiſſe, qui prælio illatam cùm ferente ita pugnæ fortuna in fugam acti aliter non poſſent, diripiendam hoſti permiſerint. Neq; Ba-

(x) Exod. XXXII. 19. (y) 1. Samuel. IV. 10. 11.

Barucho (z) fraudi apud Deum fuiſſe, vaticiniorum Jeremiæ copiam feciſſe regiæ Aulæ Proceribus, aboleri poſſe arbitratis futuras, quæ iſtis ſignificabantur, calamitates, ſi regio foco injicerent. Ita Antiochi tempeſtate ſacrarum literarum monumenta, jubente ita tyranno, uno velut incendio periiſſe, (a) nihil ideò iratiori adverſus Judæos Numine, utpote facinoris exſortes, cujus tota penes imperantem atque minas ſuppliciaque intentantem culpa hæſerit, iſtis ſceleri impermixtis cum dolore, quæ poſcebantur, neque retineri poterant, tradentibus. Neque (ita porro Optatus,) ſi rectè rem æſtimes, grave adeò damnum eſſe, unius alteriusvé

(z) Jerem. XXXVI. 14. - 23. (a) 1. Macab. I. 59.

Codicis jacturam fieri, ſuum cuique, quem in ſalutem ſuam eroget, Librum non Deo ſuam legem, ſuaque Decreta interire, à quo, ne quid rerum ſuarum intercidat, jam ſatis proviſum ſit. Non enim uno igne deleri divinæ voluntatis arcana, fidelium animis & tot voluminum millibus inſcripta, ipſaque ſua origine ſalva. Nihil inde Numini, nihil Eccleſiæ decedere. Bibliothecas libris refertas, loca ſingula divino præconio, ora lectorum cœleſti doctrinâ, omniumque manus codicibus plenas eſſe. Quin iniqvum fore, legem homini pariando componi. Neque enim propter legem hominem, ſed propter hominem iſtam conditam eſſe. Nusquam Deo hîc damnum illatum, omnia potius ſalva eſſe. Nunquid

magis fore neceſſarium, hominem morti tradi, nę Scriptura quædam Gentili dederetur? Numquid non melius conſultiusque eſſe, & iſtos incolumes ſervaſſe, neque hujus niſi quoad Codices aliquos ſubiisſe dispendium. Pro Deo mortem oppetere, æqvum eſſe; qui homini pro honore ipſius defuncto & vitam & præmium rependere queat; non pro qualicunque Codice, à quo gratiam iſtam fruſtra exſpectes. Non certè tam invidioſi criminis loco haberi, membranas librosvé, quibus divina myſteria perſcripta, incuriâ quadam loco expoſuiſſe, quo aut mures tineævé depopulentur, aut ignis fortuito caſu corripiat, aut imber ex impluvio deſcendens diluat; majore equidem quàm iſtius culpâ, qui nulla negligentiâ,
 ſed

ſed mortis metu circumventus homo homini integrum dederit; quod ſi is qui accepit, tradiderit flammis, peccatum comburentis potius quàm exhibentis cenſendum ſit. Et quidem, ut cetera omittamus; (non certè omnia ejusdem roboris,) an non nimia religione peccent, qui mortis diſcrimini vitam objiciunt, cùm Traditione qualicunqve Voluminum defungi liceret, quorum uti dictum, tam larga ubique copia eſt, aliorum judicium eſto. Hinc forte ſeverius, quàm neceſſum erat, Lutherus, (b) Evangelicos in Miſnia, (Georgii Saxonis ditioni obnoxia) Bavaria, atq; Marchia Brandenburgenſi, Tyrannis, uti appellat, novi fœderis Codices edere, atque Præ-

(b) Luther. von weltl. Obrigkeit Tom. 2. Jen. Germ. fol. 203.

Præfectis offerre jubentibus parere vetat, æterna ſupplicia qui contra facerent, comminatus; Chriſtum ſcilicet, uti is exiſtimat, Herodi occidendum tradituros, adeòque non minoris, ſi Lutherum audias, parricidii reos.

XVI. Et verò mirum atque penè nefas videri poterat, Chriſtianum cum qualicunque codice pariari, cujus, noſtris præſertim temporibus Typographiæ beneficio parata copia viliſſimumque, ſi nummos ſpectes, pretium eſt. Ceterum hominem noxæ dedere, certam innocentiæ ſuæ pœnam luiturum, iſtud verò ab ſcelere non abeſſe, haud facilè quisquam inficias iverit. Improbius equidem iſtì, qui nulla cogente neceſſitate, ſuâ ſponte odioq; aut hominum, aut Religionis *Traditio hominum.*

homines non alius culpæ quàm Numinis ſanctius culti reos prodiderant, qualem etiam in filios Parentum, atque in parentes filiorum, mutuamque fratrum in fratres, impietatem futuram, Chriſtus (c) prædixerat; Nullo videlicet pio inter iſtos affectu, quorum fides diverſa eſt. Neque tamen, (ſi quid noſtri judicii eſt,) ſcelere caret, vitam alteriuś, quo tuam tueare, alienæ ſævitiæ obtuliſſe. Viderint, qui quantamcunque ſuæ incolumitatis neceſſitate graſſandi alteri in alterius vitam, utcunque inſontis licentiam tribuunt; qua equidem de re, ne inter eos quidem convenit, quibus, quantum jure naturæ liceat, inquire-

(c) Matth. X. 21. ubi Hieron.

quirere (d) curæ eſt. Non certè, Lotho pietati congruere viſum, ne vim ſuorum civium experiretur, hoſpites lubidini iſtorum exponere. Aſt non puto amplior alteri in alterius vitam, quàm in pudorem facultas eſt. Celebratur rerum priſcis ſeculis apud Romanos Græcosqve geſtarum monumentis (e) inter alios C. Bloſii

(d) Cic. Offic. III. Lactant. Divin. Inſtit. V. 17. Navarr. Manual. Confeſſ. XVII. 20. & XXV. 9. Leonh. Leſſ. de Juſtit. Jur. lib. II c. 9. Dubit. 6. n. 31. & 58. H. Grot. de J. B. & P. II. I. 4. ubi Bœcler. & Felden. Rob. Scharrock. de Offic. ſecund. jus. natur. III. 11. & XII. 4. Sam. Puffendorf. Elem. Jur. Prud. univ. 2. Obſerv. 4. §. 6. & Obſerv. §. 17. Chr. Thomaſ. I. pr. divin. II. I. 163. - 173.

(e) Valer. Max. IV. 7.

in T. Grachum; adverſus C. Grachum Pomponii atque Lætorii, T. Volumnii erga M. Lucullum, & prſertim Damonis atque Pythiæ mutua fides, atque in amore conſtantia, incolumitate ſua utrique antiquior. Aſt nunquid non turpiſſimum imò nefas fuerit, non gentilium inter ſeſe charitatem Chriſtianos aſſequi, quos fraterno vinculo, invicem connexos voluit, cujus præcepta diſciplinamque, non ſine piaculo negligere licet. Laudat atque miratur Tacitus (f) ſui etiam ſeculi (virtutum non adeò ſterilis, ut non & bona exempla prodiderit,) comitatas profugos per Principum temporumque injurias liberos matres, ſecutas maritos in exſilia conjuges, propinquos audentes,

(f) Tac, 1. Hiſtor. 3.

tes, conſtantes generos, contumacem etiam adverſus tormenta ſervorum fidem. Aſt infrà Servorum in Dominos fidem ſine flagitio ſubſiſtat Chriſtianorum in ſeſe Charitas, tantis invicem ſacramentis obſtricta? Extollit. (g) Idem meritis laudibus Epicharim, quàm conjurationis in Neronem conſciam, atque ut populares criminis proderet, tormentis miſerè dilaceratam, non verbera, non ignes, non ira eò acrius torquentium, ne à fœmina ſpernerentur, pervincere, quin objecta denegaret; Tanta in muliebri corpore animi conſtantia, ut ad eosdem cruciatus retracta, ſpiritum antea, quàm nomina ſociorum exprimeret, clariſſimo exemplo libertina mulier in tanta neceſ-

(g) XV. Annal. 51. & 57.

ſitate alienos ac prope ignotos protegendo; cùm ingenui & viri & equites Romani Senatoresque intacti tormentis, clariſſima ſuorum quisque pignorum proderent; Lucano ſcil. Senecione atque Quinctiano, conſcios paſſim edentibus. Aſt verò non ſummo dedecori fuerit homini Chriſtiano, ſacerdotalem regiamque dignitatem ſortito, viliſſimæ fœminæ non animi robore conſtantiâque æquari? Neque ejus perfidiæ ſpecimina extare meminimus, ſanctius nempe, uti credere par eſt, amicitiam Chriſtianorum plerique coluere, quàm ut ſangvinem ſuum alterius exitio redimendum putarent. Tueri potius ſui etiam capitis diſcrimine fratris incolumitatem, Chriſtianæ diſciplinæ atque ſanctimoniæ congruere

gruere viſum. Prædicat pietatem atque fortitudinem Melaniæ ſuæ (h) Paulinus, quæ ſæviente in Catholicos Valente Imperatore Arriano, iſtos, quos clam receperat, propter inſignem fidem Arrianis atque Arrianorum iræ furoriq́ue magis obnoxios, dedere, aut ſi prodere detrectaret, eadem, quæ iſtos manebant, pati juſſa, proceſſit impavidè, cupida paſſionis & injuriâ publicationis exultans, protrahi ne expectans quidem ſed tracturos antevolans ad judicem, qui cõfuſus veneratione præſentis, non executus eſt in fidelitatis iram, dum fidei miratur audaciam. Ita Paulinus quinque millia monachorum latitantium à Melania ſuſtentatos memorat,

(h) Paulin. ad Sulpit, Sever. Ep. 10. Tom. 3. Col. 197.

morat, haud impari pietatis affectu, neque diſcrimine forſan minori Athanaſium ab Arrianorum Conſtantiiqve Imp. Arrianis obnoxii, inſidiis atqve violentia protugum, puella Alexandrina, hoſpitio recepit, (i) quamvis propoſitâ à Conſtantio capitali in iſtos pœnâ, qui perfugium præbuiſſent homini, adeò Arrianis Principique ex arbitrio lubituq; Arrianorum pendenti inviſo. Obadiæ pietatẽ egregiè utraq; imitatur, qui (k) quos truculentiæ ſuæ dedi cupiebat Regina, ſacri ſangvinis avida, hinc inde abſconditos ſuo ſervabat impendio juxta atque periculo.

OBSER-

(i) Phot. Bibl. cod. 258. (k) 1. Reg. XIIX. 4.

OBSERVATIO IV.

DE CORONIS CHRISTIANIS PROHIBITIS.

I.

Ongius aliquando proceſſiſſe veteres, nimio diſciplinæ ſeverioris ſtudio ſuos etiam iſtarum rerum uſu prohibentes, quibus nullo crimine frui licuerat, norunt myſteriis ſacræ Antiquitatis initiati, idq; ſæpius tanto rigore, ut impietatis Ethnicæ reos arceſſerent etiam iſtos, qui nullo defectionis conſilio, fidem in Chriſtum retinentes, aliquid ex gentiliſmo, nulla, uti meritò credebant, pietatis noxâ uſurpabant. *Nimia priſcæ diſciplina auſteritas.*

II. Præ-

Specimen ejus in coronis capite geſtare probibitis.

II. Præbent ejus auſteritatis argumentum Coronæ floribus foliisve contextæ, quas capite geſtare, nefas tum habitum fuiſſe, quis non miretur, niſi admirationem perſpectus iſtius genius ævi removerit? Quis enim noſtris temporibus dudum jam ad molliora verſis ſibi perſuaderi ſinat, tantum flagitium eſſe, atque à facinore deſertæ religionis non multum alienum, ſertis, ſi ita occaſio atque tempus ferat, coronatum incedere? Et tamen tanti id viſum quibusdam, ut non de dignitate tantùm, ſed & de ſalute periclitari mallent, quàm caput coronamento, uti putabant, profanare.

Militis Chriſtani in recuſanda co-

III. Dedit (l) eximium illius ſive conſtantiæ ſive pervicaciæ exemplum miles quidam, qui ad

(l) Tertull. de Coron. mil. cap. 1.

ad capiendum Donativum L. Septimii Severi, atque Antonini Caracallæ Impp. munere exſolvendum, inter ceteros, omnes laureatos, ipſe ſolus, libero capite, & coronam, quam huic imponere debuerat, manutenens primò ipſa diverſitate & plerorumque diſſenſu, plurimorum etiam probroſis ſermonibus aut irriſu notatus, tandemque delatus accitusque ad Tribunum, de habitu à reliquis diſſidente rogantem, ſibi id, quod iſti facerent, licere negabat; cauſamque poſtulatus, ſe verò Chriſtianum eſſe reſpondit; mox militiâ ideò, veluti turpem ob cauſam, dimisſus, & (ita fortitudinem ejus celebrans (m) Tertullianus,) de martyrii candida, melius laureâ coronatus, donativum in carcere in Chriſto expectans.

rona conſtantia.

(m) d.c.I.

A quibuſdam improbata.

IV. Multus hinc de facinore ſermo, pleriſque etiam Chriſtianorum inconſultam hominis religionem inceſſentibus, qui pacem Eccleſiæ, Imperatorum benignitate eouſque conceſſam, non neceſſario auſu ſollicitaſſet, atque in diſcrimen adduceret tranquillitatem, à ſolo Principum nutu pendentem, unius hominis imprudentiâ perituram, ſi, quod jam ſæpius acciderat, illius contumaciam etiam in ceteris vindicandam puniendamque iſti cenſerent. Quid enim attinuiſſe, de habitu interrogatum, nomini invidiam atque negotium feciſſe, niſi ne culpam ſolus lueret, quam ordinis atque religionis vitio ſeſe contraxiſſe videri voluerit; cui, ſi omnino tanta mortis obeundæ cupidine teneretur, ſoli, reliquis diſcrimini

mini exemptis, perire licuerat. Aut hunc ſolum ſcilicet fortem, aut ceteris ſaltem conſtantiorem, imò inter tot fratres commilitones, (lauream nempe non detrectantes) ſolum Chriſtiannm fuiſſe, ceteris militiæ pariter atque religionis ſociis, fidei non ſatis ſanctè habitæ ipſa diverſitate facti, & quod invidioſius erat, cauſæ profesſione notatis. Parum quippe Chriſtianos ſeſe geſſiſſe iſtos, exprobrari ab illo, qui capite coronam, quam iſti admiſerant, geſtare, ipſo Chriſtianiſmi obtentu recuſaſſet.

V. Alii ex adverſo animi robur in viro extollebant, qui melioris ſanctiorisque militiæ obſervantior, Chriſti nimirum potius quàm Principum miles, à ſanctitate diſciplinæ, neque accipiendi Donativi ſpe atque *Laudata ab aliis.*

cupi-

cupiditate allectus, neque ſupplicii timore aut ſuſpicione debilitatus, neque commilitonum ſuæ religionis, exemplo (quo plerique ad imminuendam cõſtantiam, atque remittendum rigorem maximè moveri ſolent,) adductus, deflexerit; cœleſti laureâ ſpretam ob lauream dignior.

Præſertim à Tertulliano.

VI. Idque rectè atque ex ordine factum, Tertullianus, ſuopte ingenio ad duriora pronus, peculiari libro oſtendendum tuendumque ſuſcepit. Et quidem defenſionem ab ipſa conſuetudine, undecunque orta, inchoans, Chriſtianis, ubi prohibeantur coronari, in ſolatium aut excuſationem licentiæ ſuæ ſciſcitantibus. Neminem fidelium coronam capite noſſe hactenus, reſpondet, (n) omnes ita obſervare à Catechumenis

Inſtitutum Chriſtianorum non geſtandæ coronæ.

(n) c.2.

usque

usque ad Confeſſores, & Martyres, eâ confidentiâ aſſeverans, ut de inſtituto dubitare abſurdum fuerit; cui tanto conſentientium patrocinio atque uſu ſatis auctorato, etiamſi ratione certa non niteretur, debeatur obſequium. Et verò id moribus Chriſtianorum tum receptum fuiſſe, præter Tertullianum, idoneum quidem teſtem, etiam ubi ſolus foret, omnique hoc ſaltem in negotio exceptione majorem, etiam aliorum indicio conſtat; adeò ut velut commune toti Chriſtianorum ordini id objecerit Cœcilius Gentilis (o) apud Minucium Felicem, *Quod non caput floribus necterent.*

VII. Neque deſtituebatur ſuis cauſis inſtitutum, quibus ſcilicet coronam capiti Chriſtiano *Inſtituti rationes.*

(o) Minuc. Felix. Octav.

Origo coronarum à ſuperſtitione orta.

ſtiano detraherent. Prima (p) inter has erat ipſa Coronarum origo ſive tracta à Diis, quales ſibì Gentilitas fingebat, aut cùm aliunde cœpiſſet, ad iſtos colendos traducta. Ita Saturnum ante omnes coronatum, poſteà Jovem, devictis Titanibus iſto decoratum munere, & ut plurimos minorum Gentium Deos Deasque prætereamus, Apollinem, atq; Liberum patrem lauro, Oſirin hederâ, Herculē aliquando populo ſæpius oleaſtro quandoq; etiam apio inſignes recenſet Tertullianus, Claudium Saturninum auctorem laudans, qui ſcripto *de Coronis* libro earum origines, cauſas, ſpecies, atque ſolennitates ita ediſſeruerit, ut nullam gratiam floris, nullam lætitiam frondis, non cepitem ullum aut palmitem deprehendere lice-

(p) cap. 7.

liceat, non alicujus Dei capiti conſecratum. Plinius (q) primùm omnium Liberum patrem refert coronam capiti ex hedera impoſuiſſe, quod ornamenti genus ad divinos honores atque Sacrificia ſequens ætas transtulerit, antiquitus etiam neminem præter Deos coronis ornari ſolitum, obſervans, adeò ut, monente iterùm eodem, (r) Deorum tantum atque Larium præſertim ſive publicorum ſive privatorum, prærogativa fuerit, Coronis inſigniri. Euclio Plautinus, (s) nuptias filiæ, at ſumptu, quantum poterat, minimo, apparans, ne ubi feſto die nimium prodegiſſet, profeſto egeret, Larem quoque, ut felix fau-

& ad exter-cendā eam continuata.

(q) Plin. hiſt. Nat. XVI. 4. c. 6. (r) XXI. 11. (s) Plaut. Aulul, Act. 2. ſc. 8.

fauſtumque matrimonium filiæ vellet, qualicunque munere propitiaturus:

Nunc tuſculum emi, & haſce coronas floreas:
Hæc imponentur in foco noſtro Lari.
Ut fortunatas faciat gnatæ nuptias.

Feſtivius Callicles novam in domum commigrans; (t)

Larem coronâ noſtrum decorari volo.
Uxor venerare: ut nobis hæc habitatio
Bona, fauſta, felix, fortunaque eveniat,
Teque ut quàm primùm poſſim, videam emortuam.

Apud Eundem (u) Menæchmus Seni inſaniam objectanti ſua

(t) Trinumm. Act. 1. ſc. 2. pr.
(u) Menæchm. Act. V. ſc. 5. ſub fin.

ſua facinora exprobrans, inter alia & quantum adhuc memoriâ valeat, oſtenſurus,

At ego te, inquit, *ſacram coronam ſurripuiſſe Jovi ſcio.*

Atque ad hanc religionis ſpeciem reſpiciens Philippus Macedo Dux belli à Thebanis Teſſalisque contra Phocenſes delectus, ſacrilegii ex direpto Apollinis Delphici templo reos, initurus contra ſacrilegos pugnam, omnes milites coronas laureas ſumere jubet, atque ita veluti Deó duce in prælium pergit. Ad quæ Phocenſes inſignibus Dei conſpectis, conſcientiâ delictorum territi, abjectis armis fugam capeſſunt. Lactantius (y) iſtam cultûs vanitatem objectans Gentilibus: *Poſtquam*

(x) Juſtin. VIII. 2. (y) Lactant. divin. Inſtit. II. 1.

pericula receſſerunt, tùm verò alacres ad Deorum templa concurrunt. His libant, his ſacrificant, hos coronant. Atque Arnobius (z) eosdem per ludibrium interrogans: *Etiam Dii ſertis, coronis afficiuntur & floribus?* Adeoque florum coronarumque ſuavitate atque elegantiâ captos exiſtimabant Deos, ut aræ quoque, ſacerdotes, ipſæque victimæ, quin & templorum Januæ non niſi coronatæ placerent. Id quod ſuis in mentem revocans Tertullianus (a) *Ipſæ*, ait, *hoſtiæ, & aræ, ipſi miniſtri & ſacerdotes eorum coronantur*; laudato iterum Claudio Saturnino, qui omnium Collegiorum ſacerdotalium coronas, quæ cuique adſigna-

(z) Arnob. Lib. VII. ubi Deſid. Herald. add. Lib. III. (a) Tertull. De coron. mil. cap. 10.

ſignatæ, deſcripſerit. Ita (b) Æneæ itineris errorumque ſocii ſacra facientes aris adſtitere coronati, atque puellæ apud Romanos ſacrificiis peragendis ϛεφάνοις κοσμȣμέναι τὰς κεφαλὰς, ὅσοις κοσμεῖται τὰ τῆς ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἀφιδρώματα παρ᾽ ἕλλησιν. *Coronis capita ornatæ* (c) Dionyſio Halicarnaſæo memorante *qualibus Dianæ Epheſiæ ſimulachra apud Græcos inſigniri moris eſt.* Quam ad formam P. Cornelio Arvina C. Marcio Rutilo, cenſoribus, inſtitutum refert Livius (d) ut coronati primum ob res bello bene geſtas ludos Romanos ſpectarent, ipſos nimirum quoqve cultui divino (qualis nempe ludicris Numi-

 nibus

(b) Dionyſ. Halic. Antiq. Rom. lib. 1. p. 45. (c) Dionyſ. Halic. Antiq. Rom. lib. 2. p. 92. (d) Liv. X. 47.

nibus conveniebat) dicatis, in quorum ſcilicet honorem omnibus qui ſacra certamina obibant, certam cuique coronam aſſignatam, palmam univerſis communem fuiſſe, Plutarchus (e) auctor eſt. Atque juxta cùm ſacrificantibus etiam ipſas victimas coronari ſolitas, præter alios, Poëtas præſertim, ubi talia paſſim obvia, & Mythologiarum præſertim Scriptores, Plinius teſtis eſt. Et referri huc debet iſtud Demonactis Philoſophi apud Lucianum, (f) qui ſpretæ religionis ab Athenienſibus accuſatus, coronatus (contra reorum morem, ſordido cultu miſerationem ambientium) ad dicendam cauſam progreſſus "Ar-

δρες

(e) Plutarch. Sympoſiac. VIII. 4. (f) Lucian. Demonact. Tom. I. p. 861.

δρες γὰρ ἐμὲ ὁρῶντες ἐστεφανωμένον, ὑμεῖς ἤδη κἀμὲ καταθύσατε. τὸ γὰρ πρότερον οὐκ ἐκαλλιερήσατε. *Viri Athenienſes cùm me videatis coronatum jam me immolate. Etenim nunquam antehac litaſtis.* Atque templorum impios poſtes ſertis redimiti Valentinianus atque Marcianus Auguſti (g) vetuere. Idque à Gentilibus remiſſiori nempe diſciplina mutuatos Chriſtianos ſui ævi innuit (h) Gregorius Nazianzenus. Tum demum natales Chriſti ritè celebraturos monens, ſi nec domûs limina, ſertis coronent, nec agitent choreas, nec vicos exornent.

VIII. Non igitur injuria à coronis abhorrere videbantur Chriſtiani, ſuperſtitionis atque im-

(g) L. 7. Cod. de Pagan. (h) Gregor. Naz. Orat. 38. in Chriſt. Nativ.

impii cultûs tam frequenti uſu ipſaque origine reis; ſatis inde edocti quàm alienum à ſeſe putare deberent coronati capitis cultum ab iis inſtitutum & in eorum deinceps honorem diſpenſatum, quos Deorum inſtar Gentiles venerarentur, & quo loco habendum eſſet apud homines veri Dei (Chriſtianos nempe,) quod à Candidatis Diaboli introductum, ipſisq; à primordio dicatum jam tunc Idololatriæ, idolis adhuc vivis, (Diis ex hominum ſorte ad faſtigium iſtud aut aſſentationis aut vanæ credulitatis vitio elatis) initiatum. Atque hinc rurſum Tertullianus (i): „Si „enim verbo nudo conditio „polluitur, ut Apoſtolus do„cet: *Si quis autem dixerit; hoc idolothytum eſt, non contigeris:*

(i) de Cor. cap. 10.

„*ris*: multo magis cum habi-
„tu, & ritu, & apparatu idolo-
„thytorum contaminatur. Ita
„& corona idolothytorum ef-
„ficitur. Hoc enim cum habi-
„tu & ritu & apparatu, idolis
„immolatur auctoribus ſuis:
„quorum eò vel maximè pro-
„prius eſt uſus, ne in commu-
„nionem poſſit admitti, quod
„in Dei rebus non invenitur.
„propterea Apoſtolus incla-
„mat: Fugite idololatriam: o-
„mnem utique & totam. Reco-
„gita ſylvam & quantæ lati-
„tant ſpinæ. Nihil tantum i-
„dolo, ſic nec ſumendum ab
„idolo. Si in idolio recumbe-
„re alienum eſt à fide, quid in
„idoli habitu videri? Quæ
„communio Chriſti & Belial?
„& ideo fugite. Longum enim
„divortium mandat ab ido-
„lolatria, in nullo proximè a-
„gendum. Atq; inter alias cau-

ſas, propter quas Chriſtianum caput coronæ dedeceant, etiam hanc refert(k) Clemens Alexandrinus, quòd ſint dedicatæ ſimulacris. At in eandem ſententiam Cyprianus, ſuorum fortitudinem (l) collaudans, qui nuperam Gentilium ſævitiam, nihil temerata fide evaſerant, inter alia conſtantiæ iſtius præconia, *Frons*, inquit, *cum ſigno Dei pura diaboli coronam ferre non potuit, coronæ ſe Domini reſervavit.* Qui etiam inter cauſas quibus adducti Chriſtiani coronas averſentur, hanc quoque recenſet, quòd mortui iis exornentur, adeoq; homini vivam Dei imaginem referenti minus conveniant. *Nec mortuos coronamus. Ego vos*

(k) Clem. Alex. Pædag. d. c. 8.
(l) Cyprian. de Lapſ. ſub pr. & ibi Pamel. n. 7.

vos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis exanimi, aut ſentienti facem, aut non ſentienti coronam, cum & beatus non egeat, & miſer non gaudeat floribus.

IX. Iſtud præterea cauſam Coronarum inviſam apud Chriſtianos reddebat quod ſepulchris (m) etiam ipſisque cadaveribus ornandis à Gentilibus adhibebantur, adeòque ad Manium religionem pertinerent, Chriſtianis non minus ac Deorum exoſam, ad quorum nempe conſortium poſt expletam mortalitatem, Conſecrationis ſive Ἀποθεώσεως beneficio, etiam iſtis ſeculis uſurpatæ, aditus erat. Quàm ipſam ob rationem non buſta minus quàm ipſa templa à Chriſtianis vitari, Cœcilium Gentilem Octavius (n) *Uſus coronarum in ornandis funeribus, Chriſtianis inviſus.*

 mo-

(m) Plin. Hiſt. nat. XXI. 3. (n) Minuc. Felic. Octav.

monet. Clemens Alexandrinus de Gentilibus: (o) καὶ τοὺς νεκροὺς καταστεφανοῦσιν. *Etiam mortuos coronant.* Eamque cauſam ſpretæ à Chriſtianis coronæ etiam referens (p) Tertullianus: *Et mortuorum eſt coronari, quoniam & ipſi idola ſtatim fiunt, & habitu & cultu conſecrationis, quæ apud nos ſecunda Idololatria eſt. At verò indignum*, uti idem paulo inferius *ut imago Dei vivi, imago idoli & mortui fiat.* Idque ſpectans Juſtinus M. (q) ὅπερ μόνον ἐγκαλεῖν ἡμῖν ἔχετε, ὅτι μὴ τοὺς αὐτοὺς ὑμῖν σέβομεν θεοὺς, μηδὲ τοῖς ἀποθανοῦσι χοὰς καὶ κνίσσας καὶ ἐν ταφαῖς στεφάνους καὶ θυσίας φέρομεν. *Iſtud ſolum eſt, cujus nos accuſetis, quod eosdem vobiscum Deos*

(o) Clemens Alex. Pædag. II. 8. p. 134 (p) Tertullianus d. c. 10. (q) Juſtin. M. Apol. 2.

Deos non colamus, neque mortuis libationes, nidores, atque ſepulchris coronas victimasque non offeramus. Id quod etiam ad invidiam in Chriſtianos cumulandam congerens Cœcilius: *Coronas etiam ſepulchris denegatis;* inhumanitatis arguens, qui ſupremo iſto in mortuos officio hac ſaltem parte deeſſe conſueviſſent. Quibus exadverſo (r) Gregorius Nazianzenus. *Valeant libamina, primitiæ, coronæ ac recens decerpti flores, quibus hominibus vitâ functis parentant, patriæ conſuetudini potius & ſtulto dolori quam rationi ſervientes.* Quem ferè in modum etiam Lucianus (s) aulicæ vitæ eorumque, qui in divitum familiis degunt moleſtam atque in-

(r) Greg. Nazianz. Orat. 24. in laud. Cæſar. (s) Lucian. de merced. conduct. Tom. 1. p. 469.

ingenuo homine fermè indignā conditionem deſcribens, inter alia, quæ in conviviis talem aut agere aut pati neceſſum ſit, recenſens iſtud vitæ genus ambienti. Τὸ μὲν γὰρ λιμῶ ξυνόν τα, καὶ νὴ γιψῶντα, μύρω χρίεσθαι, καὶ στεφανῦσθαι, τὴν κεφαλήν. ἠρέμα καὶ γελοῖον. ἔοικας γὰρ τότε στήλῃ ἑώλου τινὸς νεκρῦ, ἄγοντος ἐναγίσματα. καὶ γὰρ ἐκείνου καταχέαντες μύρον, καὶ τὸν στέφανον ἐπιθέντες, αὐτοί πίνουσι, καὶ σιωχοῦνται τὰ παρεσκευασμένα. *Nam te eſurientem & ſitientem ungvento collini, & capite geſtare coronam, aliquantulum eſt ridiculum. Tunc enim ſimilis es columnæ obſoleti cadaveris, libamina ducentis. Nam ei infuſo ungvendo & impoſita corona, bibunt ipſi, eduntque apparatas epulas.* Qui etiam alibi (t) homines

(t) Nigrin, p. 38. Hoſp. non long. à pr.

mines irridet in fatuitate ad mortem usque perſeverantes. Quorum nempè alii veſtes, quibus in vita pretioſioribus uſi, eodem rogo ſecum comburi, alii cippos ſertis coronari, alii alia ejusdem momenti præcipiant. Qui etiam alibi meminit cippi ab Athenienſibus Toxaris Scythæ coronati.

X. Floribus nimirum ſive in ſerta compoſitis, ſive liberis atque ſolutis defunctos proſequi, moris erat. Ita in funere Virginis frequentiſſimis exequiis per urbem elato, virgines flores atque coronas injeciſſe, (u) memorantur. Eodem modo Antoninus Caracalla Achillis tumulum ridicula Alexandri Macedonis æmulatione exornaſſe (x) dicitur. Spectat huc

(u) Dion. Halic. lib. XI. p. 719.
(x) Herodian. IV. 8. 10.

iſta duodecim Tabularum lex, (y) qua, Longas Coronas (id eſt, ut παραφράζει Jac. Gothofredus, longam coronarum ſeriem) funeri præferri Decemviri vetuere, niſi quod coronæ defuncti virtute partæ, (civicæ puto, obſidionalis Muralis, Caſtrenſis, Navalis ſimiliumq;, queîs inſigniora in patriam officia Romani decorabant, non, quod Gothofredus putat, ludicris certaminibus comparatæ,) cadaveri imponendæ poteſtatem concederent.

φυλλοβολία. XI. Quin &, ut hoc adjiciamus, vivis aliquando is honor habitus, ut injectis floribus ſuum in iſtos amorem, obſequium atque animum res undique

lætas

(y) Tab. 10. de Jure ſacro ubi Jac. Gothofr. Cic. de LL. Lit. 2. non long. à fin. Jac. Rævard. Comment. in LL. XII. Tabb. c. 15.

lætas atque florentes adprecantem explicarent. Φυλλοβολίαν Græco vocabulo appellant; *Florum* nempe *ſparſionem*. Omittimus, quod de M. Curtio Livius refert, in quem placandis diis, atque patriæ in perpetuum ſervandæ, in voraginem immenſæ altitudinis, medio hiantem foro, non alio modo explendam, ſeſe immittentem dona atque fruges viri juxta atque mulieres congeſſerunt; ut de quo dubites, ad honores in mortuos, an in viventes collatos potius retuleris. Prodeuntes ad certamen, patriæ aut imperium aut ſervitutem paraturum, ter geminos fratres Horatios (a) multitudo feſtis vocibus atque conjectis in capita floribus ad ſubeundam pugnæ fortunam accendit. Atque apud

(z) Liv. VII. 6. (a) Dionyſ. Halic. Lib. III. p. 152.

pud Græcos, qui ſacris in certaminibus Palmam meruiſſent, floribus in ipſos conjectis honoratos fuiſſe, antequàm coronas ætas delitioſior comparaſſet, (b) Clemens Alexandrinus auctor eſt. Sic (c) libertate Græciæ à variis hactenus, Macedonum præſertim Regibus, petitæ oppreſſæque à Præcone juſſu S. P. Q. R. in ludis Iſtmicis proclamatâ, cùm alii alio plausûs genere animi lætitiam teſtarentur, plurimi cumulatis in T. Quintium Flaminium Conſulem coronis atque lemniſcis parum abfuere, quin hominem tam grata munera ferentem nimiis officiis geſtientes gratantesque obruerent.

(b) Clem. Alex. Pædag. lib. II. c.8. (c) Polyb. Excerpt. Legat. IX. 5. Flor. II. 7. ſub fin. ubi Chr. A. Rupert.

rent. Ita Marcus Agrippa (d) Hieroſolymis diſcedens ad mare deductus eſt, proſequentibus non unius civitatis populis, & flore frondeque illum ob pietatem admiratiorem aſpergentibus. Neroni è Græcia, peractis ludis olympicis, in urbem triumphantis in morem ingreſſo, paſſim per vias incedenti victimæ cæſæ, (e) ſparſo identidem croco, atq; lemniſcis profuſis. Creatis à ſenatu (f) Maximo atque Balbino Impp. militibus contra è Gordiani genere Principem poſtulantibus, cùm nepotem hujus ex filia, nomen avi referentem, eoque militi gratiorem, ſenatus, quo iſtam

(d) Philo de Legat. ad Caj. p. 790. (e) Sveton. in Neron. c. 25. ubi Caſaub. Idem in ejusd. Calig. ad p. 93. verſ. 4. p. 136. verſ. 29. (f) Herodian. VII. 1. in fin.

ſtum mitigaret, Cæſarem adhuc infantem deſignaſſet, è domo per mediam multitudinem humeris geſtatum, oſtenſumque plebi, vocibus fauſtis ſparſisq; frontibus in Capitolium gratulantes deduxere. Ita (g) & Maximum Aquilejam ingresſum non Aquilegienſes tantùm, ſed & aliæ quædam Italiæ civitates eximiis honoribus coluere, miſſis legatis candidis & laureatis, qui fauſta omnia acclamarent, frontibusque conſpergerent. Quem morem imitati aliquo modo Hieroſolymitani, qui quô honoratior esſet Chriſti in Urbem introitus, vias per quas incedendum erat, frontibus ornavere. Eumque in modum (h) etiam duobus

(g) Idem VIII. 7. ſub pr. (h) Gvicciard. Hiſtor. d. Ital. Lib. 2. p. 114.

bus abhinc ſeculis fœminæ Neapolitanæ Ferdinandum Regem reducem; ſuperiori ævo (i) Henricum Gviſium Pariſienſes, & noſtra adhuc, aut Patrum ſaltem ætate Neapolitani (*) ejusdem gentis ac nominis Principem, qui ſeſe rebellionis contra Hiſpanum cœptæ Ducem obtulerat, congeſtis in adventantem floribus, excepere.

XII. Eoque, uti ſolers eſſe ſolet adulationis ingenium, res proceſſit, ut & effigiei horum, quos venerabantur, flores injicerent. Ita (k) revocatæ ex Campania, quo illam Nero, Poppææ amore flagrans, ideoque juſtæ uxoris impatientior, ſepoſuerat, ad vulgi quæſtus, Octa-

(i) H. C. Davil. Hiſtor. de Guerr. civ. de la France Lib. IX. p. 411. (*) Memoin, du Gviſe, Lib. III. p. 238. (k) Tac. XIV. Annal. 61.

Octaviæ imagines geſtatæ humeris, conſperſæ floribus, fora ac templa compleverunt. Sic (l) allato de morte Othonis nuncio, Populus, cum lauro ac floribus, Galbæ imagines circum templa tulit, congeſtis in modum tumuli coronis, juxta lacum Curtii, quem locum Galba moriens ſangvine infecerat. Eoque more in contumeliam verſo (m) Adrumetani, coorta adverſus Veſpaſianum Proconſulem ſeditione, rapa per ludibrium ingeſſere; quibus adhuc aut durius aut ignominioſius erat, lapidibus, aut fimo cœnové inceſſi, quam equidem injuriam atrocem utique graviter puniri, Paulus JCtus obſervat.

XIII.

(l) II. hiſtor. 55. (m) Sveton. in Veſpaſ. c. 4. ubi Cauſaub. & Theod. Marcil. l. 1. §. 1. de extr. crimin.

XIII. Quin &, uti ad inſti- tutum revertamur, ipsâ naturâ indice monſtrari cauſabantur Chriſtiani, coronam ex floribus non capiti convenire. Tertullianus (n) hoc quoque argumento ſuam ſententiam tuiturus, poſtquam fructibus rerum appetendis, percipiendis, judicandis certos à Deo ſenſus ordinatos, & certa cuique ſenſui membra deſtinata atque aſſignata monuiſſet. *Quis igitur*, ſubjicit, *fructus ex floribus? aut odor, inquis aut color, aut pariter utrumque. Qui erunt ſenſus coloris, odoris? Viſus opinor & odoratus. Iſtos ſenſus quæ membra ſortita ſunt? oculi, niſi fallor, & nares. Utere itaque floribus viſu & odoratu, quorum ſenſuum fructus eſt. Utere per oculos & nares, quorum ſenſuum mem-*

Coronæ capite geſtandæ inconvenientia naturalis.

(n) Tertull. d. tr. c. 5. 6.

membra ſunt. Hoc ſint tibi flores & inſerti & innexi, & in filo, & in ſcirpo quod liberi, quod ſoluti ſpectaculi ſcil. & ſpiraculi res, Coronam ſi forte faſcem exiſtimas florum per ſeriem comprehenſorum, ut plures ſemel portes, ut omnibus pariter utaris: jam verò & in ſinum conde ſi tanta munditia eſt: in lectulum ſparge, ſi tanta mollitia eſt: in poculum crede, ſi tanta innocentia eſt. Tot modis fruere, quot & ſentis. Ceterum in capite quis coronæ ſenſus niſi vinculi tantùm? Quia neque color cernitur, neque odor ducitur, nec teneritas commendatur. Tam contra naturam eſt, florem capite ſectari, quàm cibum aure, quàm ſonum nare. Omne autem quod contra naturam eſt, monſtri meretur notam penes omnes, penes nos verò etiam elogium ſacrilegii, in Deum, natu-

ræ dominum & auctorem. Non emo capiti coronam, quia tua inter eſt, emptis nihilominus floribus quomodo utar? puto gratius eſſe liberis, & ſolutis & undique vagis. Sed etſi in coronam coactis, nos coronam naribus novimus, viderint qui per capillum odorantur. Atque Clemens Alexanandrinus (o) poſt alia jam ſuperius allata: *Accedit quòd florem quoque delectationem perdunt ii, qui ſunt coronati. Quippe nec viſu fruuntur, qui habent coronam ſupra oculos recinctam; ſed neque odoris ſuavitate, cùm ſupra reſpiratoria inſtrumenta ſint flores. Cùm enim odor ſecundum naturam ſurſum emittatur, & exhaletur ſupra caput, reſpiratio nulla delectatione fruitur, cùm ſuavitas odoris abripiatur. Sicut ergo pulchritudo, ita &*

(o) Clem. Alex. Pædag. II. 8.

& flos delectat; dum videtur, & oportet nos eorum quæ pulchra ſunt, aſpectu fruentes laude & gloria afficere opificem, Eoque etiam alibi reſpiciens, poſtquam flores ad ungventa conficienda utiles eſſe advertiſſet: *Quòd ſi eſt & aliquid concedendum, odore florum uti ſufficit: nequaquam autem coronentur.* Eundem in ſenſum octavius apud Minutium. (p) *Quis autem ille, qui dubitat vernis indulgere nos floribus blandi coloris & odoris eſt? his enim & ſparſis utimur, mollibus ac ſolutis, & ſertis colla complectimur. Sanè quod caput non coronamus, ignoſcite. Auram boni floris naribus ducere, non occipitio capillisve ſolemus haurire.* Et comprobavit hanc Chriſtianorum ſententiam ſuo ſuffragio Nigrinus Philoſophus,

(p) Minuc. Fel. octav.

phus, eos, referente Luciano, (q) arguens, qui coronas geſtabant, quòd locum neſcirent, ubi eas adhibere deberent. Nam ſi violarum, & roſarum odore delectarentur, ſub naribus potiſſimùm eos coronari oportere, juxta ipſam, quantum fieri poteſt, reſpirationem, ut voluptatis inde quamplurimum attraherent.

XIV. Quin etiam dedecere videbatur, coronis capiti impoſitis comeſſantium luxuriem mollitiemque imitari homines ſobrietatem, temperantiam, diſciplinam denique Chriſtianam, quâ nulla tùm ſeverior, adſtrictiorque profeſſos. Apud Plautum (r) Mercurius, Amphitruonem ludibrio habiturus: *Coronarum uſus in comeſſationibus.*

O Ca-

(q) Lucian. Nigrin. Tom. I. p. 39.
(r) Plaut. Amphitr. Act. 3. ſc. 4.

Capiam coronam mihi in caput,
aſſimulabo me eſſe ebrium:

Apud eundem (s) Piſtoclerus adoleſcens à Bacchide meretrice domum invitatus, ſe vero in Palaeſtram conceſſurum negat, ubi pro inſigni ſit Corolla plectilis. Ita (t) Simoni obviam ſibi facto Pſeudolus, bene potus, coronatusq;, percunctanti: *Quid hoc? quomodo? quid te video ego? Cum corona*, reſpondet, *ebrium Pſeudolum tuum.* Qui etiam paulo ante (u) inter comeſſationum gaudia recenſet *Ungventa, odores, lemniſcos, corollasque dapſiles.* Quem etiam (x) objurgans herus: *Quae iſthaec audacia eſt, ac ſi interdius cum corollâ ebrium incedere?*

Ta-

(s) Bacchid. Act. 1. ſc. 1. (t) Pſeudol. Act. 5. ſc. 2. pr. (u) ſc. 1. (x) d. ſc. 2.

Talis Polemo (y) qui ebrius atque coronatus in ſcholam Xenocratis perrumpens, mutato mox ad præcepta tanti viri animo, vitæque hactenus improbè actæ inſtituto, eò profecit, ut quem, dum poſtea viveret, diſcipulum habuerat Xenocrates, fato defunctus ſucceſſorem acciperet, Philippus Macedo(z) quo lætitiam victoriæ adverſus Athenienſes partæ callidius diſſimularet non ſolita ſacra illa die fecit: non in convivio riſit: non ludos inter epulas adhibuit, non coronas aut ungventa ſumpſit. Horatius (a) Pompejum Varum à militia reverſum ad lætitiam capeſſendam adhortans:

(y) Diog. Laërt. in Polem. (z) Juſtin. IX. 4. (a) Horat. II. Carm. 7.

Ergo obligatam redde Jovi dapem:
Longaque feſſum militia latus
Depone ſub lauru mea: nec
Parce cadis tibi deſtinatis.
Oblivio levia Maſſico
Ciboria exple funde capacibus
Ungventa de conchis, quis udo
Deproperare apio coronas
Curatve myrto:

Apud Virgilium, (b) convivio, quo Æneas cum comitibus à Didone excepti:

Poſtquam prima quies epulis menſæque remotæ,
Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.

Atque hinc iſta ſeſe mutuò ad hilaritatem invitantium cohortatio, (c) ne corollas ex roſis adhuc recentibus & nî præſenti ve-

(b) Virgil. Æneid. Lib. I. ſub fin. (c) Lib. Sapient. II. 8.

venuſtate uti feſtines, brevi perituris, geſtare omitterent, blanda invicem compellatione jubentium. Ex quo loco, ut hoc obiter moneamus, apparet error Tertulliani, incognitum aut ſaltem nunquam uſurpatum apud Hebræos eum morem aſſerere auſi. *Quem* (ita ſcilicet (d) Tertullianus) *populus Dei nec publicæ unquam lætitiæ, nec ingenitæ luxuriæ nomine admiſit; facilius cum tympanis & tibiis & pſalteriis revertens de captivitate Babyloniæ, quàm cum coronis: & poſt cibum & potum exurgens ad ludendum ſine coronis. Nam neque lætitiæ deſcriptio, neque luxuriæ denotatio, de coronæ decore, aut dedecore tacuiſſet: adeò & Eſaias,* Quando *inquit*, cum tympanis & tibiis & pſalteriis bibunt vinum: *di-*

(d) Tertull. de Cor. mil. c.9.

cturus eſſet, etiam cum coronis, *ſi unquam hic uſus fuiſſet & in Dei rebus.* Quam opinionem clarius refellit Moſis Maimonidis apud P. Cunæum, (e) de ſervis Hebræorum narratio, qui per novem ante feſtum Expiationis dies indulgentes genio, & proximæ jam libertatis gaudia animis præcipientes, coronati inceſſerant. Et unctum caput atque coronatum lætitiam ſignificare apud Judæos, ex Eſaiæ (f) quodam loco B. Arias Montanus (g) obſervat. Et verò hinc iſta apud Clementem Alexandrinum, (h) hominum voluptates luxumque ſectantium, deſcriptio, ὧν ἐςὶ

ζῆν

(e) P. Cun. de Rep. Hebr. Lib. I. c.2. in fin. (f) Eſa. LIIX. 5. (g) B. Ar. Montan. Antiq. Jud. Lib. IIX. (h) Clem. Alex. Pædag. II. 2. p. 114.

ζῆν οὐδὲν ἄλλο ἢ κῶμος, κραιπάλη, βαλανεῖα, ἄκρατος, ἐμίδες, ἀργία, πότος, περὶ τοῖς τραχήλοις ἔχοντας στεφάνους *quorum vita nihil eſt aliud, quàm comeſſatio, crapula, balnea, temetum, matulæ, otium, potus:* qui etiam alio loco (i) eam, quæ comeſſationibus adhibetur, Μουσικὴν, ἀνθοφοροῦσαν, appellat. Idem alibi: (k) Τοιαύτη δὲ καὶ ἡ τῶν στεφάνων χρῆσις, κωμαστικὴ καὶ πάροινος, ἀπέῤῥει. Μή μοι στέφανον ἀμφιθῇς κάρα, ἦρος μὲν γὰρ ὥρα. λειμῶσιν ἐνδρόσοις καὶ μαλακοῖς ποικίλοις χλοάζουσιν ἄνθεσιν ἐνδιαιτᾶσθαι καλὸν, αὐτοφυεῖ καὶ εἰλικρινεῖ τινὶ εὐωδίᾳ, καθάπερ τὰς μελίττας, τρεφομένους. *Talis quoque uſus Coronarum ad commeſſationem & in vino proterviam comparatus effluxit. Ne caput mihi corona cinxeris. Ver*

(i) C. 4. in fin, (k) d, Cap. 8. p. 132.

eſt. In roſcidis pratis & mollibus variiſque germinantibus degere, pulchrum eſt, nativâ & ſincerâ odoris ſuavitate, apum ritu, fruentes. Ex puro autem prato contextam coronam pro ornamento circumferre, non eſt moderatorum hominum. Non enim roſarum baccis, vel violis, vel liliis, vel aliis ejusmodi floribus epulatricem comam herbis ac floribus variegantes tegere (l) *convenit.* Atque hac etiam de cauſa minus gratum Chriſtianis coronarum uſum innuens: Στεφάνων ἡμῖν χρῆσις οὐκ ἀναγκαία, ἐξοκέλλει γὰρ εἰς ἡδονὰς καὶ ῥαθυμίας. *Coronarum uſus nobis non neceſſarius eſt, voluptatibus nimirum atque mollitiei inſerviens.* Et ſpectat huc propoſita etiam à Plutarcho (m) quæ-

(l) d. c. 8. pr. (m) Plutarch. Sympoſiac. lib. III. quæſt. 1.

quæſtio. An ſertis ex floribus contextis inter pocula, uti conveniat?

XV. Quin etiam absque iſto molle nimis viſum, atque viro quocunque ſapienti, nedum Chriſtiano incongruum, coronatum incedere, *ita ut etiam vir*, (quod Auguſtinus (n) dicit) *floreis coronis cinctus pudicæ conjugi displiceret.*

Etiam extra has viro gravi indigna.

XVI. Præterea indecens arbitrabantur, coronâ ex floribus concinnatâ laſcivire hominem, Servatoris ſui memorem, ut noſtris malis medicaretur, ſerto ex ſpinis non ad dolorem minus ac contumeliam redimiti. Id quod in mentem ſuis revocans Tertullianus, (o) *Chriſtus Jeſus, quale, oro te, ſer-*

Chriſtiano præſertim conſideratione coronæ ſpineæ inconveniens.

(n) Auguſtin. Tom. VI. cont. Fauſt. Manich. XV. 5. (o) Tertull. c. 14.

tum pro utroque ſexu ſubiit? ex ſpinis opinor & tribulis, in figuram delictorum, quæ nobis protulit terra carnis, abſtulit autem virtus crucis, omnes aculeos mortis in Dominici capitis tolerantia obtundens. Certè præter figuram contumelia in promptu eſt, & turpitudo & dedecoratio, & his implexa ſævitia, quæ tunc Domini tempora & ſædaverunt & lancinaverunt: uti tu nunc laureâ & illuſtriore quaque fronde, & quod magis uſui eſt, centenariis quoque roſis ex horto Midæ lectis & utriſque liliis, & omnibus violis coroneris. Atque ut altiores è tam ſalubri corona aculeos Lectori Auditorivé infigeret: *ſi ob hæc*, (præſtita nempe per tolerantiam tantorum cruciatuum beneficia,) *caput ei tuum debes, tale, ſi potes, ei rependo, quale ſuum pro tuo obtulit, aut*

nec

nec floribus coroneris, ſi ſpinis non potes; quia non floribus potes; Atq; hanc etiam cauſam reddit Clemens Alexandrinus, (p) ob quam coronis ornari nolint, Chriſtiani, coronæ memores, quæ tantum doloris capiti Soſpitatoris impreſſerat.

XVII. Denique melioris coronæ ſpe atque expectatione, ſpernenda putabant ſerta, vilia utique, ſi iſtis compares, & cum floribus ſuis cito nimis, emoritura. *Serva,* (Chriſtianum admonet (q) Tertullianus) *Deo rem ſuam inattaminatam. Ille eam, ſi volet, coronabit. Immo & vult. Denique invitat.* Qui vicerit, *inquit,* dabo ei coronam vitæ. *Eſto & tu fidelis ad mortem. Decerta & tu bonum agonem,* *Meliorem coronam expectanti.*

(p) Clem. Alex. d. c. 8. p. 134.
(q) Tertull. d. c. ult.

nem, cujus coronam & Apoſtolus repoſitam ſibi merito confidit. Accipit & angelus victoriæ coronam, procedens in candido equo, ut vinceret. Et alius Iridis ambitu ornatur cæleſti. Protoſedent & Presbyteri coronati: eodemque auro & ipſe Filius hominis ſupra nubem micat. Si tales imagines in viſione, quales veritates in repræſentatione? Illas aſpice, illas odorare. Et comparatione rerum tam diſſimilium ſuos ad capeſſenda præſtantiora acrius exſtimulaturus. *Quid caput ſtrophiolo aut dracontario damnas, diademati deſtinatum? Nam & Reges nos Deo & patri ſuo fecit Chriſtus Jeſus. Quid tibi cum flore morituro? Habes florem ex virga Jeſſe, ſuper quem tota divini ſpiritus gratia requievit, florem incorruptum, immarceſcibilem, ſempiternum.*

XVIII.

XVIII. Neque tamen omni florum coronarumve ſuavitate ſuos arcebant etiam iſtorum temporum Chriſtiani, qualem nimirum aut oculis aut naribus haurire non omnino nefas duxiſſe, jam ſupra indicavimus. Et verò Roſas, Violas, Crocum, atque Liguſtri florem hominis ſanitati conſervandæ idoneum nominatim commendat Clemens Alexandrinus (r) adeòq; ne homini quidem Chriſtiano ſpernendum. Neque tuendæ tantum atque curandæ valetudini, ſed & delectationi, quam ex floribus atque coronis intra modum Chriſtianæ ſanctitati non incongruum capere liceat, non nihil Clemens indulget.

XIX. Extra hæc coronas à capite hominis Chriſtiani iſtis, quas *Diſcusſio harum rationum.*

O 7

(r) Clem. Alex. Pædagog. d. c. 8. p. 133. 135.

quas recenſuimus, cauſis remotas voluerunt, qui tum Eccleſiæ vivendi leges atque præcepta dedere. Quo pleraque loco habendæ ſint, haud adeò difficile cuivis rem paulò diligentius expendenti judicium eſt. Et quidem in honorem Deorum, quos ſibi commenta erat inſulſa Gentilitas, ſive coronatum, ſeu libero capite, incedere, aut aliud quidquam aut facere aut omittere, iſtud verò nefas erat homini, Sacramento Chriſti imbuto, atque abſtinentiam ab iſto cultu ipsâ, quam ſalutarem aquam ſuſcipturus edere ſolenne eſt, renunciatione profeſſo. Et in lætitia etiam modum, gravi viro congruentem, tenere, neque ad mollitiem dilabi, ad diſciplinam ſpectabat, ſanctiſſimis continentiæ atque ſobrietatis

præ-

præceptis adſtrictam. Et depoſcebat temporum ratio, ne aut ſpeciem communicatæ ſuperſtitionis, aut uſurpatæ ultra, quàm deceret, voluptatis, præberent Chriſtiani, Gentilibus per urbes, vicos, fora, ipſasque ædes permixti, ideòque his aut ludibrio contemtuique, aut fratribus offenſioni futuri. Aſt verò non ideò abjiciendum illicò damnandumque erat, ſi quid ab iſtis ad profanum cultum aut repertum aut adhibitum, etiam innoxium ad uſum traduci potuerat. Neque enim ideò cibo aut potu abſtinendum exiſtimabant, quòd ad colendos Deos pecudibus, farre, vino, iſti abuterentur. Non diſſimulavit id ſibi objici poſſe, aut objectum fuiſſe, Tertullianus, ita argumento iſti reſpondens, ut tam neces-

ceſſaria humanæ vitæ non ideò, quòd Gentili cultu profanata, rejicienda eſſe agnoſcat, tum ſpernenda aut averſanda, quando aut neceſſitudinis aut utilitatis modum exceſſerint, aliquantum equidem honeſtis etiam ſolatiis, id eſt, delectationi concedens. At conſultius puto fuerit, ipſum Tertullianum (s) ſuis verbis cauſam agentem tuentemque ſiſtere. *Audio dici: Et alia multa ab eis prolata, quos ſeculum Deos credidit: tamen in noſtris hodie uſibus, & in priſtinorum ſanctorum, & in Dei rebus, & in ipſo Chriſto deprehendi, non aliàs ſcilicet hominem functo, quàm per communia iſta inſtrumenta exhibitionis humanæ. Hactenus excuſatio aut defenſio Chriſtianorum coronæ faventium. Inde quantum* ex

(s) d. Tr. c. 8.

ex iis homini etiam Chriſtiano ipſa indulgeat neceſſitas, oſtenſurus: Planè ita ſit, nec antiquius adhuc in originem diſceptabo. Primus Mercurius litteras enarraverit; neceſſarias confitebor & commercii rebus, & noſtris erga Deum ſtudiis. Sed etſi nervos idem in ſonum ſtrinxit, non negabo & hoc ingenium cum ſanctis feciſſe, & Deo miniſtraſſe, audiens David. Primus medelas Æſculapius exploraverit; memini & Eſaiam Ezechiæ langventi aliquid medicinale mandaſſe. Scit & Paulus ſtomacho vinum modicum prodeſſe. Sed & Minerva prima molita ſit navem; videbo navigantem Jonam & Apoſtolos. Plus eſt, quòd & Chriſtus veſtietur: habebit etiam penulam Paulus. Si & uniuscujusq; ſupellectilis & ſingulorum vaſculorum aliquem ex Diis ſeculi auctorem no-

nominaris, agnoſcam neceſſe eſt & recumbentem in lectulo Chriſtum, & cùm pelvem diſcipulorum pedibus offert, & cùm aquam ex urceo ingerit, & cùm linteo circumſtringitur, propria Oſiridis veſte. Poſt hæc ad confutanda argumenta iſtorum progreſſus; *Hujusmodi quæſtioni ſic ubique reſpondeo, admittens quidem utenſilium communionem, ſed provocans eam ad rationalium & irrationalium diſtinctionem, quia paſſivitas fallit obumbrans corruptelam conditionis, quâ ſubjecta eſt vanitati. Dicimus enim ea demum & noſtris, & ſuperiorum uſibus, & Dei rebus & ipſi Chriſto competiſſe, quæ meras utilitates & certa ſubſidia, & honeſta ſolatia neceſſitatibus vitæ humanæ procurent, ut ab ipſo Deo inſpirata credantur propiore proſpectore, & inſtructore, & oblectatore ſi fortè hominis ſui. Quæ verò*

verò hunc ordinem exceſſerint, ea non convenire uſibus noſtris præſertim quæ propterea ſcilicet nec apud ſeculum, nec in Dei rebus, nec in converſatïonibus Chriſti recognoſci eſt. Atque eandem in ſententiam alibi (t) *Meminimus gratiam nos debere Domino Deo creatori, nullum fructum operum ejus repudiamus, planè temperamus, ne ultra modum aut perperam utamur. Itaque non ſine foro, non ſine macello, non ſine balneis, tabernis, officinis, ſtabulis, nundinis veſtris, cæterisq; commerciis cohabitamus in hoc ſeculo. Navigamus & nos vobiſcum, & militamus, & ruſticamur, proinde miſcemus artes, opera noſtra publicamus uſui veſtro.* At quamvis nemo inficietur, aliam neceſſitatis, utilitatis aliam, aliam denique jucunditatis

(t) Apol. c. 42.

tatis rationem eſſe, neque eodem iſta aut jure aut favore cenſeri; neque huic tamen invidiæ aut probro eſſe debet, legitimum licitumvé in uſum vertere ab aliis ad Idololatriam, aut nequitiam luxuriamque adhiberi ſolita, iſtis equidem ſordibus fecibusque animo uſuque meliori purgata. Et regeri hîc poterant in Tertullianum ſua ipſius dicta, (u) *Ceterùm*, inquientis, *ſubſtantiæ mundæ, ut Dei res, & hac ſua conditione communes uſui: ſed ipſius uſûs adminiſtratio intereſt. Nam & ego mihi gallinaceum macto, non minus, quàm Æſculapio Socrates: & ſi me odor alicujus loci offenderit, Arabiæ aliquid incendo, ſed non eodem ritu, nec eodem habitu nec eodem apparatu, quo agitur apud Idola.* Neque etiam cau-

(u) c. 10.

cauſæ ſatis fuerit, coronã è floribus concinnatam detrectare, quòd aut ſpineam toleraverit Servator noſter, aut meliorem perenniorem q; Chriſtiani ſperemus.

XX. Non certè ſecutæ ætati religioſum viſum, à tanto prioris ævi rigore aliquantum deflectere. Ita nihil in pietatem deliquiſſe ſeſe arbitrabantur, ſi mortuorum tumulos floribus atque fronde exornaviſſent. Omittimus (figuratè quippe dictum) iſtud Hieronymi (x) Heliodorum ſuper exceſſu Nepotiani monachi atque Presbyteri, hujus ſorore geniti, ſolaturi, & quo ſermoni aditum fidemque pararet, eundem affectum ſimulantis: *Quotiescunque nitor in verba prorumpere,*

Remisſio iſtius rigoris.

(x) Hieron. ad Heliod. Ep. ſub pr.

re, & ſuper tumulum ejus epitaphii hujus flores ſpargere, totiens implentur oculi, & renovato dolore totus in funere ſum. Ubi quidem Eraſmus id ex more ſumptum adnotat, quo antiquis ſolenne erat, defunctorum Pyramides coronare, atque ſepulchris flores, violas præcipuè, ob colorem ferrugineum, frontesque cupreſſi inſpergere. Certius iſtius humanitatis argumentum præſtat Prudentius, (y) poſt commendatas Deo defunctorum animas, ſuperſtites ſui officii laudans aut admonens:

Nos tecta fovebimus oſſa
Violis & fronde frequenti,
Titulumque & frigida ſaxa
Liquido ſpargemus odore.

In-

(y) Prudent. καθημερ. hymn. in Exequ. Defunct. in fin.

Inter alia etiam Gentilibus (z) moris erat, novas nuptas ſolenni, qua matrimonium inibant, die, imo ædes nuptias celebrantium, ſertis coronari. Atque hæc quoque inter vetita recenſens Tertullianus, (a) *Coronant & nuptiæ ſponſos: & ideò non nubimus ethnicis, ne nos ad idololatriam usque deducant, à qua apud illos nuptiæ incipiunt.* At id poſterioribus ſeculis ab Eccleſia receptum, etiam noſtris moribus, nullo religionis, probitatisve damno (b) retinemus.

Qua

(z) Briſſon. de Rit. nupt. p. 41. & ſeqq. Anton. Hotom. de V. R. N. c. 16. Lucian. Brab. Meretr. Mynt. Pamphil. & Dor. Tom. 2. p. 518. 519. (a) Tertull. c. 13. (b) Chryſoſt. in Epiſt. 1. ad Timoth. II. 11. ſeqq. Homil. 9. non longè à fin. Selden. c. 15. 23. 24.

Joach.

Qua quidem de re hîc plura adferre, nihil ad inſtitutum noſtrum attinet.

OBSERVATIO V.
DE
VSV VNGVENTORVM CHRISTIANIS PROHIBITO.

I.

Vngventa Chriſtianis prohibita. Conveniebat ferè, ut Vngventis parcius uterentur, queîs tanta in floribus adhibendis religio erat, tantum non capitale cenſentibus, ſi caput crineſque corollis inſignirent. Neque deeſſe poterant cauſæ, ut Vngventa faſtidirent, qui ſibi adeò à floribus ſertisq; ca-

Joach. Hildebr. de Nupt. vet. Chriſtian. Rubr. deſert. ſponſ.

cavendum putabant, hiſce iſta connectens Clemens Alexandrinus (c) pari ſcilicet Jure cenſita, Στεφάνων δ' ἡμῖν καὶ μύρων χρῆσος οὐκ ἀναγκαία. *Coronarum atque ungventorum uſus nobis non eſt neceſſarius*; ea adjecta ratione (quam inferiùs referemus) ut ne honeſtum quidem licitumve Chriſtianis eſſe ſignificet. Ex quo Cœcilius Chriſtianos ruſticitatis ſuæ arguit, quòd non corpus odoribus honeſtarent.

II. Invidiam rei non ita malæ conciliabat utentium pravitas, ſolenni plerorumque more, Numinis beneficia illius ad injuriam vertere, concesſisqve bonis, queîs non invito iſto frui licuerat, per immodeſtiam, luxuriam, laſciviamque abuti. *Ob uſum eorum luxurioſum.*

P Apud

(c) Clem. Alex. Pædag. II. 8.
(d) Minuc. Felic. Octav.

Apud Plautum (e) Pſeudolus Simiam, ut rem commiſſam gnaviter curaret, incitaturus:

Ut ego te hodie accipiam lepidè,
ubi effeceris hoc opus.
Lepido victu, vino, ungventis, &
inter pocula pulpamentis.

Et Martialis (f) Fabullum feſtivè irridens, qui convivas ungventis veluti deliniens, cetera famelicos eſurientesque dimiſerat:

Vngventum, fateor, bonum dediſti
Convivis here: ſed nihil ſcidiſti.
Res ſalſa eſt, benè olere & eſurire,
Qui non cœnat. & ungitur, Fabulle,
Hic verè mihi mortuus videtur.

Pertinet hùc locus Horatii, Pom-

(e) Plaut. Pſeudol. Act. IV. ſc. 1. ſub fin. (f) Martial. 3. Epigr. 12

Pompejo Varo è militia reduci gratulantis ſupra jam allatus, quam in rem, de ungventis ſcil. quibus apud Romanos convivæ perfuſi, etiam (g) Petrum Fabrum quædam collegiſſe memini. Quin & Judæis in more fuiſſe, ungventis, ſive cùm ad hilaritatem ſeſe componerent, ſive ipſas inter epulas à Convivatore perfundi, non uno Scripturæ ſacræ loco (h) oſtenditur.

III. Et verò, eò progreſſa erat quorundam ineptè luxuriantium vecordia, ut ungventis deliciari communi modo non contenti, etiam ad potum *Etiam ad potum.* ab-

P 2

(g) P. Fab. I. Sem. 6. p. 30. (h) Ruth. III. 2. Matth. VI. 17. ubi Druſ. Beza, & Grot. allati à Bald. Wal. Druſ. obſ. III. 10. Eccleſ. IX. 8.

abuterentur. Tales ii, quos ideò apud Lucianum (i) irridet Nigrinus Philoſophus, qui ungventa bibentes locum neſcirent, ubi ea adhibere deberent; ne cupiditatibꝰ ſuis uti ſcientes, tantâ rerum ignorantiâ, ut & in iſtis commodè fruendis errarent, finesque ipſo naturæ ſenſuumque indicio diſtinctos confunderent, animum voluptatibus undique conculcandum permittentes; *σολοικισμὸν τῶν ἡδονῶν*, *ſolœciſmum quendam voluptatum* venuſtiſſimè appellans. Referendum huc iſtud Martialis (k) de Ampulla patria Epigramma:

Hac licet in gemma, quæ ſervat
nomina Coſmi,
Luxurioſe bibas, ſi foliata ſitis.

Ubi

(i) Lucian. Nigrin. Tom. I. p. 39. (k) Martial. 14. Epigr. 110. ubi Th. Farnal.

Ubi Farnabius adnotat, luxuriam tùm hominum invaluiſſe, ut ungventa biberent; μύρῳ, ut Ælianus (l) rem explicat, οἶνον μιγνῦντες, *vinum ungvendo commiſcentes*, foliato ſcilicet, è foliis Nardi, Coſti, compoſito.

Luxuries fœminarum in uſurpandis ungventis.

IV. Præſertim fœminæ, cultui pro ingenio Sexûs magis intentæ, atque mollitiei aptiores, nihil ferè rerum ſuarum reliquum habebant, cui non, quo melius undequaque olerent, ungventa allinirent. Quas increpans Clemens Alexandrinus: (m) αἱ δὲ καὶ τὰς ἐσθεῖτας, καὶ τὰς στρωμνὰς καὶ τοὺς οἴκους ὑποθυμιῶσιν καὶ καταῤῥαίνουσιν. μονονουχὶ δὲ καὶ τὰς ἀμίδας ὄζειν ἀναγκάζει τοῦ μύρου ἡ τρυφή.

(l) Ælian. Var. Hiſtor. XII. 13.
(m) Clem. Alex. Pædag. II. 8. p. 131.

Eæ quidem & ſua veſtimenta, & veſtes ſtragulas, domosque ſuas ſuffumigant & aſpergunt, atque adeò vel ipſas propemodum matulas olere cogunt ungventi delitiæ; à quarum imitatione ſuos procul eſſe jubens: σμύρνα καὶ ϛακτὴ, καὶ κασία, ἀπὸ τῶν ἱματίων σου, *Myrrha & Stacte, & Caſia à veſtimentis tuis.* Atque huc pertinet, quod mundo muliebri inter alia, ſpecula, matulas, ungventa, atque vaſa ungventaria contineri, Vlpianus (n) reſpondit, ea nimirum, quæ ad ornandam mulierem non ad tuendam valetudinem comparantur.

Vngbentorum uſus præter Chriſtianos

V. Atque iſthanc cauſam, reddens Clemens Alexandrinus, (o) coronas ungventis, uti dixi-

(n) l.25. §. 10. & 12. D. de aur. arg. (o) Clem. Alex. d. c.8.

diximus, conjungens, poſtquam non neceſſaria ea eſſe advertiſſet, ἐξοκέιλει γὰρ, addit, εἰς ἡδονὰς καὶ ῥαδυμίας. *Incitat enim ad voluptates atque mollitiem:* Et non Chriſtiano tantùm, ſed & cuicunque ſapienti turpe eſſe, ungventis oblitum incedere, Lactantius (p) monet. Vnde etiam Eſſæos, eximiæ inter Judæos ſanctimoniæ ſectam, adeò probro duxiſſe, oleo ungi, ut ſi quis vel invitus id paſſus fuerat, id quantum poſſet, corpore abſtergeret, Joſephus (q) teſtatur. Et laudat Lacedæmonios Clemens Alexandrinus,(r) qui ungventorum uſum, luxui quippe atque voluptati accommodatum, Civitate proſcripſerant.

etiam Eſſæis atq; Lacedæmoniis neglectus.

(p) Lactant. div. Inſt. VI. 22.
(q) Joſeph. de Bibl.Jud. II. 7. (r) Clem. Alex.Strom. lib.I p:215.

Mollibus tantum frequentatus.

VI. Et verò Vngventis delibutos non alios ferè apud Ethnicos quoque Scriptores obvios eſſe, quam nepotulos, cinædos, homines, uti Plinius (s) appellat, comptos ſemper & pumicatos, voluptati denique deditos, qua venter aut prurit, aut delectatur, aut paſcitur, vulgatius eſt, quàm ut plura ejus rei adferre argumenta aut teſtimonia lubeat. Memoratu imprimis dignum eſt, quod de Veſpaſiano recenſet Svetonius, (t) qui adoleſcentulum (ætatis videlicet, cui quamvis aliquantum luxurianti ſi non indulgendum, ſaltem ignoſcendum putamus,) ungvento fragrantem, ob adſignatam Præfecturam grates exſoluturum, nutu aſpernatus, ver-

(s) Plin. 2. Epiſt. 11. in fin. (t) Sveton. in Veſpaſ. c. 8.

verbis etiam graviſſimè increpitum, *Maluiſſe, allium oboluiſſet*, munere, quod jam obtinuerat, vacuum deſtitutumque, dimiſerit. Et niſi fallor, apud Plautum locus eſt, quo etiam fœminam, (quas maximè elegantiæ cultusque cura ſollicitat,) non melius olere ſignificatur, quàm omnino nihil (ex ungventis) olentem. Graviter hinc in delicatulos iſtos (quales noſtro ævo pleriques, quo corrumpere & corrumpi ſeculum vocatur,) Jo. Præſul Conſtantinopolitanus (u) non jejunatoris cognomento minus quàm uſurpato Epiſcopi univerſalis titulo atque orto cum Pelagio hujusque ſucceſſore Gregorio M. certamine celebris. *Nibil animâ immundius,*

(u) ap. Chryſoſt. ad Pop. Antioch, Homil. 21. Tom. 5. Col. 177.

dius, quando corpus talem (ab ungvento) *habet odoris ſuavitatem. Sed ſicut diſtillationem patientes, & manus & veſtimenta defluente replent humore; ſic animæ fluxus immundus per corporis odoramentum cognoſcitur.* Neque minus etiam Philo,(w) quantum à neceſſitate, atque rectiori talium uſu, abeant, quibus ad luxum maximè atq; voluptatem, talia referre moris eſt, indicans, horumque perſtringens mollitiem: *Quid verò ab oleæ expreſſæ fructu amplius oportebat, quærere ad unctiones? Etenim lævigat, & ſolvit laborem corporis, & corpulentiam generat, ſi quid vero luxatum fuerit, adſtringit ſua denſitate, & nihilominus alterius robur & firmitatem indit. Sed enim vallatæ ſunt infandis jucundæ inanis*

(w) Philo de Somn. p.859.

nis gloriæ unctiones: ad quas unguentarii laborant, & magnæ regiones conferunt Syria, Babylonia, inde Scythæ, apud quos naſcuntur aromata.

VII. Verum iſta communis cum ceteris, quibus ſimplicior modeſtiorve cultus placebat, Gentilibus etiam Chriſtianis ratio fuit. Præter illam his peculiares quoque erant, ob quas Vngventis abſtinendum ſibi cenſebant. Earum aliquam reddens Clemens Alexandrinus: (x) μυρίζονται γὰρ οἱ νεκροί. *Vnguntur enim & mortui.* Non nobis animus eſt, pluribus recenſere, quomodo ungendorum cadaverum inſtitutum apud Ægyptios ortum, poſtea ad Judæos, Romanos aliosque dimanarit; id quod jam præter

Cauſa negligendorum ungventorum Chriſtianis propria.

(x) Clem. Alex. Pædag. d. c. 8. p. 139.

eos qui Funerum componendorum ritus peculiari ſtudio deſcripſere, ab aliis quoque, Ouzelio (y) præſertim, ita præſtitum, ut rem tàm bene jam atque egregiè actam agere iterum tædeat.

Ejus diſcusſio. VIII. Iſtud potius aut inquirendum aut monendum duximus, quæ cauſa fuerit, ideò ungventa averſandi, quòd curandis etiam funeribus impenderentur, quorum equidem honeſtam rationem habere, ad humanitatem maximè ſpectat, nulli magis quàm Chriſtianæ pietati congruentem. Apparet verò ea ex iſtis, quæ ſupra de Coronis attulimus, inter alia, hoc etiam nomine Chriſtianis

(y) Jac. Ouzel. Animadverſ. in Minuc. Fel. p. 61. & ſeqq. add. Andr. Gryph. de Minn. Ægypt.

nis minus gratis, quòd defunctis exornandis adhiberentur, à quorum cultu priſcis ſeculis cœpta ſuperſtitio ad iſtam usque ætatem duraraverat, adjectis identidem novis, quos Ἀποθεώσεως ſive Conſecrationis ſuffragio in Deorum numerum recentior ætas, adulationis potius vitio quàm errore extulerat, Cæſares inquam, & quos hi quoque eo honore poſt fata auctos cupiebant.

IX. Atque hinc ſupra hominem quidpiam in Chriſto veneratas eſſe mulieres, quæ prandentis cœnantisve apud Simonem Phariſæum, (z) & poſtea Simonis Bethanienſis in domo (a) convivantis pedibus ungventa affuderant, ſive id certo quodam animi conſilio,

(z) Luc. VII, 17. (a) Matth. XXVI, 7.

lio, ſive divina quadam diſpenſatione fecerint quæ etiam eas, quæ officio iſto fungebantur, lateret, Druſius, Beza, Heinſius, adnotant. (b)

Lapides uncti Gentilium. X. Præſertim verò iſtud Gentilibus in more poſitum erat, (c) Lapides, regendis diſtingvendisque finibus fixos, pro Dîs Vialibus ac Terminalibus cultos, ungventis delibutos reddere. Ita (d) Apulejus *neque enim juſtius religioſam moram viatori objecerit, aut ara floribus redimita vel truncus libamine humigatus, vel lapis ungvine delibutus.* Et alibi: *Negant ſe vidiſſe aut lapidem unctum, aut ramum coronatum in finibus ejus.* Arnobius errores ſuos

(b) ap. Bald. Wal. in N. E. (c) Briſſon. de Formul. Lib. V. p. 430. (d) Apulej. Florid. Lib. 1.

ſuos priſtinos memorans(e). *Si quando conſpexeram lubricatum lapidem, & ex olivi ſangvine ſordidatum &c.* Quo etiam ſpectans apud Minucium Felicem, (f) *Non boni viri eſt hominem deſerere, ut in lapides eum patiaris impingere, effigiatos ſanè, & unctos, & coronatos.* Et meminit Lucianus (g) Rutiliani cujusdam, viri apud Romanos fortitudine atque dignatione cetera clari, aliàs ad ſuperſtitionem ita proclivis, ut ſicubi lapidem vel unctum, vel coronatum conſpexiſſet, illicò procideret atque adoraret, eique diutius advolutus vota

(e) Arnob. adverſ. Gent. lib. I. p. 22. ubi Deſid. Heralt. Geverh. Elmenhorſt. (f) Minuc. Fel. Octav. p. 2. ubi Jo. à Wower, & Ouzel. (g) Lucian. Pſeudomant. Tom. I. p. 766.

vota faceret, precesque (lapidi nihil ſentienti) obtruderet. Trahit huc alium ejusdem (h) locum Jo. Wowerius, quo Charon impetratâ à Plutone ad inſpiciendas res humanas unius ſaltem diei veniâ, ex montibus eum in uſum congeſtis, columnas, pyramides ceteraque cadaverum receptacula inſpiciens, à Mercurio quæ circa iſta gererentur edoceri cupiens τί ȣ̃ν (quærit) ἐκεῖ οἱ ςεφανȣ̃σι τȣ̀ς λίθȣς, καὶ χρίȣσι μύρῳ; *Quid ergo ſaxa illi coronant, ungventoq́; inungunt?* aſt quem non ad lapides iſtos, ſed ad ſepulchrorum monumenta pertinere, adeò manifeſtum eſt, ut mirere, quî in mentem Wowerio, ut huc referret, venire potuerit. Iſtum verò ungvendorum lapidum

(h) Contemplant. d. Tom. I. p. 355. 357.

pidum morem ex Jacobi exemplo, ſaxo, cui ſereniſſimè pariter atque ſanctiſſimè ſomnians incubuerat, in rei ibi celebratæ monumentum, oleum infundentis, hauſisſe Gentiles, uti alia pleraque ex ſanctiore religione pravè imitantes, non abſona à ſimilitudine veri (i) plerorumque opinio eſt. Quod optimi viri factum referens (k) Auguſtinus: *Hoc*, adjicit, *ad prophetiam pertinet: nec more idololatriæ lapidem perfudit oleo Jacob, velut faciens illum Deum, neque enim adoravit eum lapidem, vel ei ſacrificavit: ſed quo-*

(i) Sam. Bochart. Canaan. Lib. 2. c. 2. p. 785. 786. Chr. A. Rupert. ad Flor. I. 7. 8. verb. Terminus J. M. Dilherr de Cacozel. Gentil. part. gen. c. 3. (k) Auguſt. de C. D XVI. 38. add. qv. Imp. Gen. 84. 85.

quoniam Chriſti nomen à chriſmate eſt, id eſt, ab unctione: profectò figuratum eſt hinc aliquid, quod ad magnum pertineat ſacramentum, ita nimirum laudans iſtius pietatem, ut ſimul inſtitutum arguat, bene facta aliorum abſurdo improboque ſtudio æmulantium.

Ulterior disquiſitio rationum prohibitionis.

XI. Atque ex hiſce judicare licet, quo jure ſuos ab Vngventorum uſu Eccleſia temporum iſtorum cohibuerit. Et verò, ſi iſtud excipias, quòd molles aut faciat aut arguat nimis delicata, quam illa ſpirant, exhalantque, fragrantia, haud forte opus fuerat, ad rei aut invidiam aut infamiam trahere Gentilium vecordiam, ſive defunctorum Manes, ſive Deos ſuos hoc quoque cultûs genere proſequentium; Quam equidem aut avertere aut abolere debuerat recordatio atque

re-

reverentia Vnctionis, qua muneri ſuo Reges, Sacerdotes, vates inaugurari, ipſo auctcre Deo, receptum erat. Neq; à ſanctitate Chriſtianæ diſciplinæ adeò alienum cenſendum, ungventis poliri, quibus etiam inter jejuniorum auſteritatem ad ſpeciem quandam hilaritatis vultum componere non permiſerat tantùm, ſed & præceperat Servator, (l) optimus certè vitæ morumque magiſter, ad cujus regulas ſanctimoniæ modum tenere, tutiſſimum fuerat, omnisqve erroris periculo vacuum. Et delinire potuerat rigidam hominum iſtorum ſeveritatem, ungventum à fœminis Chriſti menſæ accumbentis pedibus capitique affuſum, niſi nimio diſciplinæ ſtudio ad cuncta fer-

(l) Matth. VI. 17.

fermè, quæ cultum lætiorem tueri aut excuſare poterant, obduruiſſent, id maximè caventes, ne vitam, jam ſatis ſuis malis moleſtiisque laborantem, non ſua ſponte injucundiorem reddidiſſe viderentur, neve donis divinitus conceſſis, ſupra ultimæ ferè neceſſitatis modum frui auderent; quibus ferè initiis ortum nimiæ ſanctimoniæ ſtudium, atque monachorum commentis procedente tempore auctum, ea labe Eccleſiam ſuis equidem, morbis lætantem gloriantemq; adfecit, ut projectis aut minori ſaltem cura habitis Chriſti, Apoſtolorumque vitæ inſtituendæ Deique propitiandi regulis, omnis ferè in Cynicismum religio abierit, atque Numini propior jucundiorque, cenſeretur, qui à communi cetero-

terorum more neglectiori horridiorique vivendi genere discesſiſſet. Et, quod merito mireris, tanta iſtius auſteritatis (ut ita loquar,) lubido invaſerat homines, ut apertiſſima, Scripturæ Sacræ aut præcepta aut exempla, quibus talium uſus permittebatur, cùm juſto reſponſo ſententiæ ſuæ conciliare non liceret, cavillando eluderent. Hujus ſolertiæ egregium hoc ipſo in negotio ſpecimen editurus Clemens Alexandrinus, (m) ad argumentum de muliere, quæ Christi pedibus non ungventa minus quàm lachrymas, ipſis ungventis pretioſiores pœnitentiâ quippe fluentes, adſperſerat, ἀλλ᾽ ἡ μὲν, reſpondet, γυνὴ μηδέπω τοῦ λόγου μεταλαβοῦσα. ἔτι γὰρ ἦν ἁμαρτωλός. *Sed mulier*

(m) Clem. Alex. d. c. 8.

lier quidem nondum Verbi fuerat particeps. Erat enim adhuc peccatrix. In expectato certè commento, & in quo incertus ſis, judicium ingeniumvé tanti Viri, an ipſum etiam pudorem deſideres. Quis enim peccati argueret officium ab ipſo Servatore laudatum, (n) haud diſſimulante, quanto lautius alienæ domûs hoſpitem mulier tam prolixè officioſa, quàm ipſe convivator, quantocunque epularum apparatu, hac ſaltem in re incivilior neglientiorvé, habuerit. Et quæ temeritas fuerit, pietatem ipſi Chriſto celebratam criminatione aſpergere, ſuasque mulieri ingerere ſordes, quæ ad meliorem mentem verſa, lacrymas, luculentiſſimos doloris indices, fundere non contenta, etiam un-
gven-

(n) Luc. VII. 46.

gventis, queîs hactenus ad delicias voluptatesque abuſa ſanctiorem jam amorem ſpirantibus ſoſpitatorem ſuum velut delinire ambiebat. Et quid de fœmina fiet, cujus ſimile in ſe officium æternis laudibus dignum (ne quicquam frendentibus diſcipulis,) ipſe cenſuit, (o) quem honore iſto demereri, paulo poſt funus futurum, mulier religioſa ſtuduerat. Neque ſpero, aut Nicodemo, aut fœminis quisquam vitio vertet, curando ſanctiſſimo funeri ungventa comparaſſe; quorum obſequio velut præluſiſſe, qui ex longinquo, ſtella duce adventantes nato tum recens puero, inter cetera divinæ regiæqve dignitatis munera, etiam myrrhas, ſepulturæ

(o) Matth. XXVI. 6. & ſeqq. Auguſtin. de C.D. Lib. 1, c. 13.

ræ dona, obtulerant, pia veterum opinio eſt; niſi ſocordiam hominum fortean arguas tàm operosâ pollincturâ (quô ſcilicet ſerius aut ſumptuoſius ſaltem putreſceret,) Servatorem componentium, cujus paucisſimos intra dies ad vitam rediturum, ipſo, cùm jam ad mortem ſeſe compararet, ſpondente, opperiri decuerat, qua quidem in re non officium, ſed officii cauſam tanta incuriâ, aut incredulitate profectam incuſes.

Vſus ungventorum in Chriſmate. XII. Deniqne baptiſmali ſive balſamo ſive oleo ſaltem, jam iſtis ſeculis uſurpato admoneri potuerant, quàm non licitus tantùm atqve honeſtus, ſed etiam ſanctus aliquando ungventi uſus eſſet. Et certè præter hunc, nequid diſſimulemus, hactenus ſaltē neceſſitati

utilita-

utilitative conſulens Alexandrinus,(p) & velut ex medicorum ſchola prodiiſſet, poſtquam generatim monuerat, non ſpernendum medicaminum uſum, quæ ex ungventis confieri ſoleant, ad ipſas iſtorum ſpecies quasdam recenſendas deſcendens; *Suſinum* (ait) *componitur ex Liliis & Lirinis. Eſt autem calefaciens. Narcisſinum quod componitur ex Narciſſo, æquè juvat ac Suſinum. Myrſinum verò, quod ex Myrtis & Myrſine conſtat, eſt conſtipans; Roſium refrigerans. In ſumma, ut eis benè utamur, facta ſunt.* Atq; eundem in ſenſum Hieronymus (q) Moſis verba ſuorum delicias mollitiemque inſectantis explicans; Vngimini, non ad labores corporis mitigandos,

Q oleo

(p) Clem. Alex. d. c. 8. (q) Hieron. in Amoſ. VI. 6.

oleo puriſſimo, ſed ungventis pretioſisſimis. Oleum nempè potius recreando corpori laboribus feſſo non balſamum deliciis atque voluptati indulget. Neque certè eo modo non inungi ſeſe paſſus eſt Paulinus (r) Nolani cognomine celebratus, ipſo Paulino teſte, humilima Victoris cujusdam in ſeſe officia prædicante, inter alias hujusmodi miniſterii operas etiam iſtam narrantis, ut manus famulas (ita Paulinus,) & membris illius unctor, & pedibus lotor adhiberet. Cujus unctionis rationē ipſe reddens Paulinus *Fateor*, (ad Sulpitium referre pergit) *ad remediū infirmitatis optavi, ut oleo me vel aquâ melior conſervus attingeret; nec irritus fui præſumptæ opis. Nam qua-*

(r) Paulin. ad Sulpit. Sever. Ep. 3. Bibl. PP. Tom. 3. Col. 154.

quaſi medicatum manibus piis oleum, de ipſa ungventi manſvetudine mihi lenius in medullas perlapſum eſt, & exultaverunt oſſa humilitata. Nam & ſenſibus vegetandis proderat hæc pietatis magis palæſtra quàm corporis, qua frater bonus, artus mihi fragiles manu fingente componens, meritis quoque vigorem, recreatis oſſibus, erigebat, cooperante procul dubio, manibus, fide, ut dum infirmam carnem manus diligentis induceret, compatientem animam gratia credentis elueret; fieretq́; mihi intùs oleum lætitiæ, quod foris erat oleum ſanitatis. Et Hieronymus (s) haud alioquin laxioris diſciplinæ auctor, jejunii tantum ad caſtimoniam refert, nec carnem comedere, nec bibere vinum inſuper & ungventa non quærere.

(s) Hieron. in Daniel. X. 3.

OBSERVATIO VI.
DE LOTIONIBUS CHRISTIANORUM.

I.

MIrum iſtos, quibus Coronæ, flores, ungventa, impii cultûs voluptatisque nomine adeò ſordebant, non etiam à Balneis, lotionibusque ſeſe temperaſſe, non magis ac iſta, à conſortio aut ſuſpicione ſuperſtitionis laſciviæque alienis. Commemorare hîc liceret, quæ Gentilium in expiandis luſtrali aquâ flagitiis futilitas, quæ ſacrificaturis, ne illoti rem divinam facerent, religio, quæ in lavandis funeribus cura, quæ denique in balneis intemperantia ſumptuum,

quæ

quæ luxuria, quanta mollities fuerit; ut jam nihil deeſſe videretur, quod non rei ſuapte quidem naturâ innoxiæ faſtidium odiumvé faceret iis, quibus ad proſcribendum ejus uſum ſatis eſſe poterat qualicunq; improbitatis commercio abuſuve temeratum fuiſſe. At non ideò illicitum ſibi credebant etiam ſeveriſſimæ diſciplinæ Chriſtiani, balneis atque lotionibus uti neceſſitatis fortè obtentu, qua, Tertulliano etiam monente, talia ferè unicè æſtimabant. Clemens Alexandrinus, (t) luxum Balneorum, apud Gentiles præſertim, perſtringens, etiam legitimum eorum uſum indicat. Et omnibus ferè auſterior Tertullianus (u). *Non lavor diluculo, Saturnalibus, ne & noctem & di-*

(t) Clem. Alex. Pædag. lib. 3. cap. 5. & 9. (u) Tertull. Apol. c. 42.

diem perdam. Attamen lavor honeſtâ horâ & ſalubri, quæ mihi calorem & ſangvinem ſervet. Vbi etiam Chriſtianos non ſine Balneis fuiſſe generatim affirmat; etiam aquæ manualis in Agapis alibi (w) mentionem injiciens. Sic Chriſtiani (non ita ſorditiei atque ſqvalori deditiut penitus Cynicismum induerent;) ſi pœnitentes excipias, quibus (ad morem ſcil. Reorum) magis congruere cenſebatur, (*) non corpus minus ſordibus obſcurare quam animum mœrore dejicere. Quò forſan referri poteſt iſtud Cypriani (x) de muliere, quæ ſacrificio nefaſario contaminata, illicò ad lavandum ſeſe contulerat, tanquam hoc crimini ejus & malis defuiſſet, ut ad balneas ſtatim per-

(w) cap. 39. (*) de Pœnit. cap. 9. (x) Cyprian.

pergeret, quæ lavacri vitalis gratiam perdidiſſet, ut adeò injuriam catholicis feciſſe videatur Tertullianus (y) jam Montanizans lavacri abſtinentiam jejunio atque pœnitentiæ congruentem ab iſtis improbari conquerens.

II. Ita in curandis ſuis quisque corporibus non omninò negligentes, in lavandis maximè hoſpitum pedibus officioſos ſeſe præbebant; acceptô equidem à veteribus, atque ad Judæos continuato more, queîs ferè omnis in abluendis ſordibus, pecoribusqve obtruncandis pietas occupabatur, de quibus adeò eleganter atque ſcitè Gaudentius (z) Brixienſis: *Lavant* (Judæi) *polluta corpora;* *ab-*

Mos lavandi hoſpitum pedes.

Patriarcharum.

Judæorum

(y) Tertull. adverſ. Pſychic. cap. 1. (z) Gaudent. Brix. ſum. IX. Bibl. PP. col. 249.

abluta ſtatim pollunt; ſemper impuri ſunt, &, (ut dici ſolet) laterem lavant.

Gentilium

III. Neqve urbani minus in in excipiendis ſuis Gentiles. Apud Plautum (a) Toxilus Servus ad Dordalum Lenonem:

Locus hic tuus eſt, huc accumbo.
Ferte aquam pedibus. Præben' tu puere?

Præſertim verò in hoſpitibus peregrè advenientibus iſtud primum erat, laſſitudinem itinere contractum oblatâ aquâ diluere. Apud Plautum (b) Hegio ad Philopolemum & Philocratem ex itinere adventantes:

Vos ite intrò, interibi ego ex hac
ſtatuâ verbereâ volo

Ero-

(a) Plaut. Perſa Act. 5. ſc. 2. (b) Capteiv. Act. 5. ſc. 1.

Erogitare, meo minore quid ſit factum filia.

Vos lavate interibi.

Quo etiam forſan referenda iſta (c) ejusdem inter Amphitruonem atque Alcumenam, quæ Jovem mariti perſonam mentientem domo, mensâ ipſoque thoro exceperat;

Amphitr. *Hei mihi, jam tu quoque hujus adjuvas inſaniam*
Ain' heri nos advenisse huc?
Alcum: *ajo, adveniensque illicò*
Me ſalutaviſti, & ego te, & osculum retuli tibi.
Amphitr. *Jam illud nonplacet principium de oſculo. Pergam exequi*
Alcum. *Laviſti.* Am. *quid, poſteaquam lavi?* Alcum. *accubuiſti.*
Soſ. *euge optimè.*
Nunc exquire Amph. *ne interpella; perge porrò dicere.*
Alcum. *Cœna appoſita eſt: cœnaviſti mecum: ego accubui ſimul.*

Q 5 Ita

(c) Amphitr. Act. 2. ſ. 2.

Ita & Hipparchus (d) Lucium, ſeu ipſum potius Lucianum ex itinere venientem primum ad balneum mittit, inde Cœnâ prolixius recreandum. Prædicat hac in morum parte honeſtam in Cleobuli filiâ humilitatem Clemens, (e) nihil infra dignitatem ſuam ratâ, paternorum hoſpitum pedes lavare; cui ex Chriſtianis mulieribus pariare liceat puellam, Spiridione, Trimythuntis in Cypro Epiſcopo natam, eodem officio, ad reficiendum hoſpitem, viâ defeſſum, patris juſſu, perfunctam. (f)

IV. Et verò etiam, apud Judæos, non infrequens id officii ge-

---

(d) Lucian. Aſin. non long. à pr. Tom. 2. p. 78. (e) Clem. Alex. Srom. lib. IV. p. 391. (f) Sozom. H. E. I. 11.

genus, à majoribus non vetuſtate magis, quàm vitæ ſanctimonia claris (ff) acceptum. Atqve hinc Paulinus, (g) Phariſæum arguens, qui ſervatorem domo convivioqve exceptum iſto officii modo colere neglexerat, vicem illius ſubeunte fœminâ multorum equidem criminum reâ. *Et quam de urceis tuis effundendam negaveras aquam, illa de ſuis oculis miniſtrabat. Tu pedes Chriſti, nec linteo; illa crine deterſit. Quos tu indigne, ne manibus quidem contingere voluiſti; illa, oſculis mulcere non deſtitit: At certè tu potius hoc miniſterium in domo tua recepto hoſpiti debuiſſes, ſi vel* ex-

(ff) Gen. XVIII. 4. XIX. 2. Jud. XIX. 21. Jo. Druſ. apud Balduin. Walæum ad Luc. VII. 44. (g) Paulin. ad Sulpit. Sever. Ep. 5. Bibl. PP. Tom. 3. col. 171.

exemplo Patrum, fas hoſpitale ſervaſſes. Et quidem ſi ulla alia, hac certe in re promptum maximè Chriſtianorum in ſe invicem obſequium fuiſſe, omnium fere ſeculorum monumenta teſtantur. Præivit exemplum ipſe Chriſtus, ne id officium mutuo negligerent, addito edicto præcipiens, (h) idque, uti prudenter obſervat Auguſtinus, (i) proximè moriturus, quo fidelior præcepti inter ſupremos ferè ſermones accepti recordatio eſſet, hoc utique præcipuè memoriâ retenturis, quod imitandum magiſter ultimum injunxiſſet. Inter Diaconiſſas cooptari vetuit Paulus, (k) quæ non lavandis ſanctorum pedibus operam miniſteri-

(h) Joann. XIII. 18. (i) Auguſtin. Tom. VI. de ſanct. Virginit. c. 32. (k) 1. ad Timoth. V. 10.

ſteriumque navaſſet. Quem in modum etiam Tertullianus,(l) *Aquam ſanctorum pedibus offerre*, inter fœminarum Chriſtianarum cujuscunqve conditionis munia numerat. Cyprianus (m) Chriſti exemplum additumqve, ut ſui id imitarentur, præceptum referens: *Mandatum igitur ſimul & exemplum complexus eſt, ut hoc exemplo inſtructi, non dedignarentur in alterutrum agere, quod actum eſt à magiſtro, & mandato poſteris religionis auctoritas firmaretur. Non erubeſcat ſervus, ſi facere jubetur, quod prius fecit Dominus.* Athanaſius (n) (ſi is libelli iſtius auctor eſt, aut qui Athanaſii ſeſe nomine venditat,)

Q 7 Vir-

(l) Tertull. ad Uxor. II.4. ubi Albaſpin. (m) Cyprian. de ablut. ped. ſub fin. (n) Athanaſ. Tom. I. 502. p. 833.

Virginis mores ad humanitatem ſanctitatemqve componens: Λήψῃ δὲ ὕδωρ, καὶ νίψεις τοὺς πόδας αὐτοῦ. *Capias aquam, & lavabis pedes ejus* (viri ſcil. ſancti eam, ad quam ſermo eſt, inviſuri.) Qui etiam Hermiam laudat, (o) pedes peregrinorum lavantem. Hieronymus (p) Ruſticum monachum monitis conſiliisqve inſtruens, inter alia, hoſpitum pedes lavare jubet. Chryſoſtomus (q) ſuos ad officia excitans, quæ in pauperes noſtræqve opis indigentes conferri, ſanctiori diſciplina jubemur, & quæ ad nos ipſos inde redeat utilitas, commonſtrans: *Si ſanctorum pedes laverimus, & opem tulerimus oppresſis,*

(o) ad ſolit. vit. agent. p. 658. (p) Hieron. ad Ruſt. de vivend. form. (q) de Laud. Monach. Tom. 5. col. 821.

*eſſis, ſalutare erit. Incumba-
us ergo his rebus, ut gloriari in
lo poſſimus ſanctorum pedes
ulluiſſe. Quòd ſi horum ablu-
di ſunt pedes, eò magis & ipſi
r nos pecuniis juvandi erunt.*
tque alio loco (r) homines
d humilitatem revocaturus,
deò ad arrogantiam faſtumq;
roclives, cujus memoriâ con-
itionis ſuæ, pariter, atqve Ser-
atoris recordatione pudere
ebuerat, nihil à ſeſe ſuoqve
aſtigio alienum arbitrantis, ſi
d infima officia diſcipulis ſuis
ræſtanda, deſcendiſſet: *Cogi-
ita homo, in cujus ſocietatem te
ngeris, cum inflaris, & arrogan-
iâ te erigis, & cum te hoſpitem
urare pudet. At quonam id
nodo fieret, inquis. Si quis enim
honeſto ſit loco natus, & illuſtris
s ſplendidus, & nobilis, ipſe ne
hoſpi-*

(r) de Humilit. anim. col. 1350.

hoſpitis lavabit pedes! Nonne turpe id eſſet! Imò non lavare magis turpe eſt. Nam ut decies millies nobilitatem ſuam extollat, & claritatem & ſplendorem, ejusdem certè naturæ particeps eſt cum eo, qui lavatur, & conſervus eſt ejus, quem curat, parisq; dignationis. Cogita, quisnam discipulorum pedes lavit, & deſine de nobilitate diſſerere. Cogitemus naturam noſtram, reputemus peccata, discamus qui ſimus, & ſatis eſt nobis ad humilitatis materiam. Ita Victor quidam famulas manus Paulino (celebrante humilitatem hoc ipſo * hominis) pedibus lotor adhibuit, vix eam à Paulino officii vicem ſibi reddi paſſus, ut hunc aquam manibus miniſtrantem admitteret, quotidiè non

* Paulin. Ep. 3.

non pedes ſolùm Paulini (qui tamen ſemel tantùm, exemplo Apoſtolorum hos ſibi lavandos præbuiſſe adjicit,) ſed & calceamenta modò Paulinus ſineret, tergere cupiens. In eundem modum Auguſtinus (s) ſuos adhortans: *Hoſpites in domos veſtras colligite, & pedes eorum lavate, linteo extergite, ore exoſculamini, & lecta ipſorum præparate.* Alibi (t) etiam inter boni Chriſtiani indicia recenſens, hoſpitum pedibus aquam præbuiſſe. Eligius Noviomenſis: (u) *Nos quoque ipſius* (Chriſti, pedes diſcipulorum lavantis) *exemplo commoniti, & corporaliter hoc agere debemus.* Qvi & ipſe inter pietatis Chriſtianæ fun-

(s) Auguſtin. de temp. ſerm. 195. (t) Serm. 216. (u) Elig. homil. 4. Bibl. PP. Tom. 2. col. 490.

functiones refert, (x) peregrè adventantes excipere hoſpitio, atque *ex via fatigatis pedes abluere.* Et præſertim hominem delictorum pœnitentem, quid factu opus, erudiens: (y) *Lavet* (pœnitens) *prius lachrymis pedes cordis, & poſtea pedes pauperis.*

Sponſio baptiſmalis iſtius officii. V. Et verò publica ſponſione id ſeſe facturos, aliquando in baptiſmo promiſiſſe, qui ſordibus peccatorum eluendis ſalutares undas ſubibant, non obſcuris argumentis apparet. Significat id Cæſarius Arrelatenſis, (z) ſeculi ſexti ineuntis ſcriptor: Idque confirmare videtur Auguſtinus, (zz) inter

(x) Cyprian. de lapſ. (y) Tertull. adverſ. Pſychic. cap. 1. (z) Cæſar. Arrel. homil. 6. Bibl. PP. Tom. (zz) Auguſtin. de temp. ſerm. 163.

alia, quibus recens baptiza-
m à Suſceptoribus inſtrui
æcipit, iſtud quoque adji-
ens: *Peregrinos accipiant, &*
cundum quod ipſis (baptizatis)
baptiſmo dictum eſt, hoſpitum
des lavent. Vti ſolenni ſti-
ılatione, interrogatione nem-
e Eccleſiæ, atque baptizandi
ſponſione obligationem i-
am, veluti ad Juris Romani
ormam, contractam agno-
cas.

VI. Inprimis verò Mona-
hos labor iſte decere videba-
ur, humilitatem charitatemq;
eculiari quodam modo pro-
eſſos; quos hac quoqve diſci-
linæ parte laudans Chryſoſto-
nus: (a) *Omnes ex miniſtrantium*
unt numero, & hoſpitum quisq;
edes abluit, & multa de hoc con-
entio: & hoc facit non exami-
nans

Monachorum hoc in officio ſedulitas.

(a) Chryſoſt. homil. 73.

nans quis ille ſit, utrum liber an ſervus, ſed unicuique miniſterium hoc exhibet.

Remisſior uſus hujus officii.

VII. Reliquos, frigeſcente indies, uti ſolet, humilitatis ſtudio, &, cui ſoli nullum in fratrem ſacrâ quadam neceſſitudine conjunctum vile eſt obſequium, amore, ſubiit tandem faſtidium præſtandæ tàm ſordidæ (uti videbatur,) operæ, lautiores præſertim atque nobiliores, fortunæ ſuæ dignitatisque injuriam arbitrantes, pedibus hoſpitum, pauperum præſertim advolvi, atque Chriſtum, extrema tùm (ſua equidem ſponte) agentem patientemque lætiori multo florentioriqve rerum ſuarum ſtatu imitari. Quin & ipſe Auguſtinus (b) in ſententiam commodiorem

(b) Auguſtin. in Joann. Tr. 58. p. 273.

liorem ferè demigrans, atque
ta officium iſtud commen-
dans, ut neglectum non ægrè
ſe laturum facilè animadvertas:
*Magna eſt commendatio humili-
tatis* (à Chriſto, diſcipulis pe-
des lavante,) *& faciunt ſibi hoc
invicem fratres, etiam opere ipſo
viſibili, cùm ſe invicem hoſpitio re-
cipiunt. Eſt enim apud plerosque
conſuetudo hujus humilitatis us-
que ad factum, quo cernatur ex-
preſſa, unde & Apoſtolus, cùm vi-
duam benè meritam commenda-
ret:* ſi hoſpitio, inquit, recipit,
ſi ſanctorum pedes lavit. *Et
apud ſanctos ubicunque hæc con-
ſuetudo non eſt, quod manu non
faciunt, corde faciunt, multo au-
tem eſt melius & ſine controver-
ſia verius, ut etiam manibus fiat;
nec dedignetur, quod fecit Chri-
ſtus, facere Chriſtianus.* Quin
recentiori adhuc Chriſtianiſ-
mo

oleo puriſſimo, ſed ungventis pretioſisſimis. Oleum nempè potius recreando corpori laboribus feſſo non balſamum deliciis atque voluptati indulget. Neque certè eo modo non inungi ſeſe paſſus eſt Paulinus (r) Nolani cognomine celebratus, ipſo Paulino teſte, humilima Victoris cujusdam in ſeſe officia prædicante, inter alias hujusmodi miniſterii operas etiam iſtam narrantis, ut manus famulas (ita Paulinus,) & membris illius unctor, & pedibus lotor adhiberet. Cujus unctionis rationẽ ipſe reddens Paulinus *Fateor,* (ad Sulpitium referre pergit) *ad remediũ infirmitatis optavi, ut oleo me vel aquâ melior conſervus attingeret; nec irritus fui præſumptæ opis. Nam qua-*

(r) Paulin. ad Sulpit. Sever. Ep. 3. Bibl. PP. Tom. 3. Col. 154.

quaſi medicatum manibus piis oleum, de ipſa ungventi manſvetudine mihi lenius in medullas perlapſum eſt, & exultaverunt oſſa humilitata. Nam & ſenſibus vegetandis proderat hæc pietatis magis palæſtra quàm corporis, qua frater bonus, artus mihi fragiles manu fingente componens, meritis quoque vigorem, recreatis oſſibus, erigebat, cooperante procul dubio, manibus, fide, ut dum infirmam carnem manus diligentis induceret, compatientem animam gratia credentis elueret; fieretq́; mihi intùs oleum lætitiæ, quod foris erat oleum ſanitatis. Et Hieronymus (s) haud alioquin laxioris diſciplinæ auctor, jejunii tantum ad caſtimoniam refert, nec carnem comedere, nec bibere vinum inſuper & ungventa non quærere.

(s) Hieron. in Daniel. X. 3.

OBSERVATIO VI.

DE
LOTIONIBUS CHRISTIANORUM.

I.

MIrum iſtos, quibus Coronæ, flores, ungventa, impii cultûs voluptatisque nomine adeò ſordebant, non etiam à Balneis, lotionibusque ſeſe temperaſſe, non magis ac iſta, à conſortio aut ſuſpicione ſuperſtitionis laſciviæque alienis. Commemorare hîc liceret, quæ Gentilium in expiandis luſtrali aquâ flagitiis futilitas, quæ ſacrificaturis, ne illoti rem divinam facerent, religio, quæ in lavandis funeribus cura, quæ denique in balneis intemperantia ſumptuum,

quæ

quæ luxuria, quanta mollities fuerit; ut jam nihil deeſſe videretur, quod non rei ſuapte quidem naturâ innoxiæ faſtidium odiumvé faceret iis, quibus ad proſcribendum ejus uſum ſatis eſſe poterat qualicunq; improbitatis commercio abuſuve temeratum fuiſſe. At non ideò illicitum ſibi credebant etiam ſeveriſſimæ diſciplinæ Chriſtiani, balneis atque lotionibus uti neceſſitatis fortè obtentu, qua, Tertulliano etiam monente, talia ferè unicè æſtimabant. Clemens Alexandrinus, (t) luxum Balneorum, apud Gentiles præſtetim, perſtringens, etiam legitimum eorum uſum indicat. Et omnibus ferè auſterior Tertullianus (u). *Non lavor diluculo, Saturnalibus, ne & noctem & di-*

(t) Clem. Alex. Pædag. lib. 3. cap. 5. & 9. (u) Tertull. Apol. c. 42.

diem perdam. Attamen lavor honeſtâ horâ & ſalubri, quæ mihi calorem & ſangvinem ſervet. Vbi etiam Chriſtianos non ſine Balneis fuiſſe generatim affirmat; etiam aquæ manualis in Agapis alibi (w) mentionem injiciens. Sic Chriſtiani (non ita ſorditiei atque ſqvalori dediti ut penitus Cynicismum induerent;) ſi pœnitentes excipias, quibus (ad morem ſcil. Reorum) magis congruere cenſebatur, (*) non corpus minus ſordibus obſcurare quam animum mœrore dejicere. Quò forſan referri poteſt iſtud Cypriani (x) de muliere, quæ ſacrificio nefaſario contaminata, illicò ad lavandum ſeſe contulerat, tanquam hoc crimini ejus & malis defuiſſet, ut ad balneas ſtatim per-

(w) cap. 39. (*) de Pœnit. cap. 9. (x) Cyprian.

pergeret, quæ lavacri vitalis gratiam perdidiſſet, ut adeo injuriam catholicis feciſſe videatur Tertullianus (y) jam Montanizans lavacri abſtinentiam jejunio atque pœnitentiæ congruentem ab iſtis improbari conquerens.

II. Ita in curandis ſuis quisque corporibus non omninò negligentes, in lavandis maximè hoſpitum pedibus officioſos ſeſe præbebant; acceptoque quidem à veteribus, atque ad Judæos continuato more, queîs ferè omnis in abluendis ſordibus, pecoribusqve obtruncandis pietas occupabatur, de quibus adeò eleganter atque ſcitè Gaudentius (z) Brixienſis: *Lavant* (Judæi) *polluta corpora;*

Mos lavandi hoſpitum pedes.

Patriarcharum.

Judæorum

(y) Tertull. adverſ. Pſychic. cap. 1. (z) Gaudent. Brix. ſum. IX. Bibl. PP. col. 249.

abluta ſtatim pollunt; ſemper impuri ſunt, &, (ut dici ſolet) laterem lavant.

Gentilium — III. Neqve urbani minus in in excipiendis ſuis Gentiles. Apud Plautum (a) Toxilus Servus ad Dordalum Lenonem:

Locus hic tuus eſt, huc accumbo.
Ferte aquam pedibus. Praben' tu puere?

Præſertim verò in hoſpitibus peregrè advenientibus iſtud primum erat, laſſitudinem itinere contractum oblatâ aquâ diluere. Apud Plautum (b) Hegio ad Philopolemum & Philocratem ex itinere adventantes:

Vos ite intrò, interibi ego ex hac ſtatuâ verbereâ volo

Ero-

(a) Plaut. Perſa Act. 5. ſc. 2. (b) Capteiv. Act. 5. ſc. 1.

Erogitare, meo minore quid ſit
factum filio.
Vos lavate interibi.

Quo etiam forſan referenda iſta (c) ejusdem inter Amphitruonem atque Alcumenam, quæ Jovem mariti perſonam mentientem domo, menſâ ipſoque thoro exceperat;

Amphitr. *Hei mihi, jam tu quoq; hujus adjuvas inſaniam*
Ain' heri nos advenisse huc?
Alcum: *ajo, adveniensque illicò*
Me ſalutaviſti, & ego te, & osculum retuli tibi.
Amphitr. *Jam illud non placet principium de oſculo. Pergam exequi*
Alcum. *Laviſti.* Am. *quid, poſteaquam lavi?* Alcum. *accubuiſti.*
Soſ. *euge optimè.*
Nunc exquire Amph. *ne interpella; perge porrò dicere.*
Alcum. *Cœna appoſita eſt: cœnaviſti mecum: ego accubui ſimul.*

(c) Amphitr. Act. 2. ſ. 2.

Ita & Hipparchus (d) Lucium, ſeu ipſum potius Lucianum ex itinere venientem primum ad balneum mittit, inde Cœnâ prolixius recreandum. Prædicat hac in morum parte honeſtam in Cleobuli filiâ humilitatem Clemens, (e) nihil infra dignitatem ſuam ratâ, paternorum hoſpitum pedes lavare; cui ex Chriſtianis mulieribus pariare liceat puellam, Spiridione, Trimythuntis in Cypro Epiſcopo natam, eodem officio, ad reficiendum hoſpitem, viâ defeſſum, patris juſſu, perfunctam. (f)

IV. Et verò etiam, apud Judæos, non infrequens id officii ge-

(d) Lucian. Aſin. non long. à pr. Tom. 2. p. 78. (e) Clem. Alex, Srom. lib. IV. p. 391. (f) Sozom. H. E. I. 11.

genus, à majoribus non vetuſtate magis, quàm vitæ ſanctimonia claris (ff) acceptum. Atqve hinc Paulinus, (g) Phariſæum arguens, qui ſervatorem domo convivioqve exceptum iſto officii modo colere neglexerat, vicem illius ſubeunte fœminâ multorum equidem criminum reâ. *Et quam de urceis tuis effundendam negaveras aquam, illa de ſuis oculis miniſtrabat. Tu pedes Chriſti, nec linteo; illa crine deterſit. Quos tu indigne, ne manibus quidem contingere voluiſti; illa, oſculis mulcere non deſtitit: At certè tu potius hoc miniſterium in domo tua recepto hoſpiti debuiſſes, ſi vel*

(ff) Gen. XVIII. 4. XIX. 2. Jud. XIX. 21. Jo. Druſ. apud Balduin. Walæum ad Luc. VII. 44. (g) Paulin. ad Sulpit. Sever. Ep. 5. Bibl. PP. Tom. 3. col. 171.

exemplo Patrum, fas hoſpitale ſervaſſes. Et quidem ſi ulla alia, hac certe in re promptum maximè Chriſtianorum in ſe invicem obſequium fuiſſe, omnium fere ſeculorum monumenta teſtantur. Præivit exemplum ipſe Chriſtus, ne id officium mutuo negligerent, addito edicto præcipiens, (h) idque, uti prudenter obſervat Auguſtinus, (i) proximè moriturus, quo fidelior præcepti inter ſupremos ferè ſermones accepti recordatio eſſet, hoc utique præcipuè memoriâ retenturis, quod imitandum magiſter ultimum injunxiſſet. Inter Diaconiſſas cooptari vetuit Paulus, (k) quæ non lavandis ſanctorum pedibus operam miniſteri-

(h) Joann. XIII. 18. (i) Auguſtin. Tom. VI. de ſanct. Virginit. c. 32. (k) 1. ad Timoth. V. 10.

ſteriumque navaſſet. Quem in modum etiam Tertullianus,(l) *Aquam ſanctorum pedibus offerre*, inter fœminarum Chriſtianarum cujuscunqve conditionis munia numerat. Cyprianus (m) Chriſti exemplum additumqve, ut ſui id imitarentur, præceptum referens: *Mandatum igitur ſimul & exemplum complexus eſt, ut hoc exemplo inſtructi, non dedignarentur in alterutrum agere, quod actum eſt à magiſtro, & mandato poſteris religionis auctoritas firmaretur. Non erubeſcat ſervus, ſi facere jubetur, quod prius fecit Dominus.* Athanaſius (n) (ſi is libelli iſtius auctor eſt, aut qui Athanaſii ſeſe nomine venditat,)

(l) Tertull. ad Uxor. II.4. ubi Albaſpin. (m) Cyprian. de ablut. ped. ſub fin. (n) Athanaſ. Tom. I. 502. p. 833.

Virginis mores ad humanitatem ſanctitatemqve componens: Λήψῃ δὲ ὕδωρ, καὶ νίψεις τοὺς πόδας αὐτοῦ. *Capias aquam, & lavabis pedes ejus* (viri ſcil. ſancti eam, ad quam ſermo eſt, inviſuri.) Qui etiam Hermiam laudat, (o) pedes peregrinorum lavantem. Hieronymus (p) Ruſticum monachum monitis conſiliisqve inſtruens, inter alia, hoſpitum pedes lavare jubet. Chryſoſtomus (q) ſuos ad officia excitans, quæ in pauperes noſtræqve opis indigentes conferri, ſanctiori diſciplina jubemur, & quæ ad nos ipſos inde redeat utilitas, commonſtrans: *Si ſanctorum pedes laverimus, & opem tulerimus op-preſſis,*

(o) ad ſolit. vit. agent. p. 658. (p) Hieron. ad Ruſt. de vivend. form. (q) de Laud. Monach. Tom. 5. col. 821.

preſſis, ſalutare erit. Incumbamus ergo his rebus, ut gloriari in cœlo poſſimus ſanctorum pedes abluiſſe. Quòd ſi horum abluendi ſunt pedes, eò magis & ipſi per nos pecuniis juvandi erunt. Atque alio loco (r) homines ad humilitatem revocaturus, adeò ad arrogantiam faſtumq; proclives, cujus memoriâ conditionis ſuæ, pariter, atqve Servatoris recordatione pudere debuerat, nihil à ſeſe ſuoqve faſtigio alienum arbitrantis, ſi ad infima officia diſcipulis ſuis præſtanda, deſcendiſſet: *Cogigita homo, in cujus ſocietatem te ingeris, cum inflaris, & arrogantiâ te erigis, & cum te hoſpitem curare pudet. At quonam id modo fieret, inquis. Si quis enim honeſto ſit loco natus, & illuſtris & ſplendidus, & nobilis, ipſe ne hoſpi-*

(r) de Humilit. anim. col. 1350.

hoſpitis lavabit pedes! Nonne turpe id eſſet! Imò non lavare magis turpe eſt. Nam ut decies millies nobilitatem ſuam extollat, & claritatem & ſplendorem, ejusdem certè naturæ particeps eſt cum eo, qui lavatur, & conſervus eſt ejus, quem curat, parisq; dignationis. Cogita, quisnam discipulorum pedes lavit, & deſine de nobilitate disſerere. Cogitemus naturam noſtram, reputemus peccata, discamus qui ſimus, & ſatis eſt nobis ad humilitatis materiam. Ita Victor quidam famulas manus Paulino (celebrante humilitatem hoc ipſo * hominis) pedibus lotor adhibuit, vix eam à Paulino officii vicem ſibi reddi paſſus, ut hunc aquam manibus miniſtrantem admitteret, quotidiè non

* Paulin. Ep. 3.

non pedes ſolùm Paulini (qui tamen ſemel tantùm, exemplo Apoſtolorum hos ſibi lavandos præbuiſſe adjicit,) ſed & calceamenta modò Paulinus ſineret, tergere cupiens. In eundem modum Auguſtinus (s) ſuos adhortans: *Hoſpites in domos veſtras colligite, & pedes eorum lavate, linteo extergite, ore exoſculamini, & lecta ipſorum præparate.* Alibi (t) etiam inter boni Chriſtiani indicia recenſens, hoſpitum pedibus aquam præbuiſſe. Eligius Noviomenſis: (u) *Nos quoque ipſius* (Chriſti, pedes diſcipulorum lavantis) *exemplo commoniti, & corporaliter hoc agere debemus.* Qvi & ipſe inter pietatis Chriſtianæ fun-

(s) Auguſtin. de temp. ſerm. 195. (t) Serm. 216. (u) Elig. homil. 4. Bibl. PP. Tom. 2. col. 490.

functiones refert, (x) peregrè adventantes excipere hoſpitio, atque *ex via fatigatis pedes abluere.* Et præſertim hominem delictorum pœnitentem, quid factu opus, erudiens: (y) *Lavet* (pœnitens) *prius lachrymis pedes cordis, & poſtea pedes pauperis.*

Sponſio baptiſmalis iſtius officii.

V. Et verò publica ſponſione id ſeſe facturos, aliquando in baptiſmo promiſiſſe, qui ſordibus peccatorum eluendis ſalutares undas ſubibant, non obſcuris argumentis apparet. Significat id Cæſarius Arrelatenſis, (z) ſeculi ſexti ineuntis ſcriptor: Idque confirmare videtur Auguſtinus, (zz) inter

(x) Cyprian. de lapſ. (y) Tertull. adverſ. Pſychic. cap. 1. (z) Cæſar. Arrel. homil. 6. Bibl. PP. Tom. (zz) Auguſtin. de temp. ſerm. 163.

ter alia, quibus recens baptizatum à Suſceptoribus inſtrui præcipit, iſtud quoque adjiciens: *Peregrinos accipiant, & ſecundum quod ipſis* (baptizatis) *in baptiſmo dictum eſt, hoſpitum pedes lavent.* Vti ſolenni ſtipulatione, interrogatione nempe Eccleſiæ, atque baptizandi reſponſione obligationem iſtam, veluti ad Juris Romani formam, contractam agnoſcas.

Monachorum hoc in officio ſedulitas.

VI. Inprimis verò Monachos labor iſte decere videbatur, humilitatem charitatemq; peculiari quodam modo profeſſos; quos hac quoqve diſciplinæ parte laudans Chryſoſtomus: (a) *Omnes ex miniſtrantium ſunt numero, & hoſpitum quisq; pedes abluit, & multa de hoc contentio: & hoc facit non examinans*

(a) Chryſoſt. homil. 73.

nans quis ille ſit, utrum liber an ſervus, ſed unicuique miniſterium hoc exhibet.

Remisſior uſus hujus officii.

VII. Reliquos, frigeſcente indies, uti ſolet, humilitatis ſtudio, &, cui ſoli nullum in fratrem ſacrâ quadam neceſſitudine conjunctum vile eſt obſequium, amore, ſubiit tandem faſtidium præſtandæ tàm ſordidæ (uti videbatur,) operæ, lautiores præſertim atque nobiliores, fortunæ ſuæ dignitatisque injuriam arbitrantes, pedibus hoſpitum, pauperum præſertim advolvi, atque Chriſtum, extrema tùm (ſua equidem ſponte) agentem patientemque lætiori multo florentioriqve rerum ſuarum ſtatu imitari. Quin & ipſe Auguſtinus (b) in ſententiam commodiorem

(b) Auguſtin. in Joann. Tr. 58. p. 273.

diorem ferè demigrans, atque ita officium iſtud commendans, ut neglectum non ægrè ſe laturum facilè animadvertas: *Magna eſt commendatio humilitatis* (à Chriſto, diſcipulis pedes lavante,) *& faciunt ſibi hoc invicem fratres, etiam opere ipſo viſibili, cùm ſe invicem hoſpitio recipiunt. Eſt enim apud pleroſq; conſuetudo hujus humilitatis usque ad factum, quo cernatur expreſſa, unde & Apoſtolus, cùm viduam benè meritam commendaret*: ſi hoſpitio, inquit, recipit, ſi ſanctorum pedes lavit. *Et apud ſanctos ubicunque hæc conſuetudo non eſt, quod manu non faciunt, corde faciunt, multo autem eſt melius & ſine controverſia verius, ut etiam manibus fiat: nec dedignetur, quod fecit Chriſtus, facere Chriſtianus.* Quin recentiori adhuc Chriſtianiſ-

mo atque minori ſecularis dignitatis aut elegantiæ curâ jam pleroſqve iſtius negotii puduiſſe ita innuit Origenes (c) (aut qui Origenis perſonam ſibi nomenque impoſuit,) ut ſibi quoqve id haud adeò probari, haud obſcurè ſignificet, ſatis quidem cetera obſcurus, ut quid velit, ægrè aſſequaris: *Contingit ſanctum quoq; opus habere, ut ſibi laventur pedes: quoniam requiritur etiam à vidua,*(d) *quæ connumeratur in honorem Eccleſiaſticum an inter alia, ſanctorum quoque pedes laverit. Nam ridiculum exiſtimo, affigi litteræ, viduamque hæc omnia (ut ita dicam) habentem, quæ ſanctam delineent viduam, hacq; una re carentem, non conjungi honori Eccleſiaſtico,*

(c) Orig. in Joann. XIII. Tom. ult. p. 411. (d) 1. ad Timoth. V. 10.

ſiaſtico, cùm ipſa frequenter mediantibus ancillis, & vernis prudenter egerit tempore, quo abundabat: habebatq́ opportuna, quibus beneficium conferret hoſpitibus. Et quam incongruum id aliquando foret propius indicaturus, *Vide verò, annon etiam operoſum ſit, cuilibet diſcipulo volenti implere mandatum dicens: Et vos debetis alii aliorum lavare pedes: ſi velit corporales ac ſenſibiles fratrum pedes lavare, ceu opus debitum, ut fideles in quovis vitæ genere exiſtentes hoc faciant: ſive qui videntur eſſe in ſublimitate eccleſiaſtica Epiſcopi & Presbyteri, ſive in quibusdam aliis mundanis dignitatibus. Adeò, ut hanc ob cauſam dominus quoque veniat ad lavandos ſervi credentis pedes, & parentes filii, qui mos quidem erat, ſed nunc non fit, niſi ſupra modum rariſſimè, & apud ad-*

admodum ſimplices ruſticioresq́;. Sequioris tamen etiam ævi homines maximæ dignationis exemplum aliquando imitatos fuiſſe ex hiſtoria ſatis notum.

Ne ſequiori tamen tempore omninò neglecti.

Tempus ejus præſtandi.

IIX. Et ne uno ſaltu ab inſtituto exemploque Servatoris deſultaſſe viderentur, officium, quod promiſcuum & prout occaſio ferebat, in quosvis paratum expeditumque eſſe oportuerat, ſuis temporibus adſignaverunt, ut pompæ id atque theatro, non pietati dari conjiceres. Auguſtinus (e) varias hac

(e) Auguſtin. Ep. 119. cap. 18. Elig. homil. 10. 11. ſub pr. Lib. 1. c. 12. ſub pr. col. 875. 876. Amular. Alcuin. de divin. offic. c. 17. in fin. add. col. 1183. 1184. Pompej. Sarnell. Epiſt. Eccleſ. 13. A.E.L. 1687. p. 178. Jo. Chr. Becmann. Notit. dignit. illuſtr. Diſſert. 13 c. 2. §. 7. Sagittar. Hiſt. Paſſ. Chr. Part. 1. c. 12. §. 79-82.

hac de quæſtione referens ſententias: *De lavandis verò pedibus, cum Dominus hoc propter formam humilitatis, propter quam docendam venerat, commendaverit, ſicut ipſe conſequenter expoſuit, quæſitum eſt, quònam tempore potiſſimum res tanta etiam factò doceretur, & illud tempus occurreret, quo ipſa commendatio religioſius inhæreret. Sed ne ad ipſum Sacramentum baptiſmi videretur pertinere, multi hoc in conſuetudinem recipere noluerunt. Nonnulli etiam de conſuetudine auferre non dubitaverunt. Aliqui aut ut hoc ſacratiore tempore commendaretur & à baptiſmi ſacramento mutaretur, vel diem tertium octavarum, quia ternarius numerus in multis ſacramentis maximè excellit, vel etiam ipſum octavum ut hoc facerent elegerunt.*

Præſertim dies viridium.

IX. Tandem iſthuc res devenit, ut ejus diei anniverſaria hæc ſolennitas fieret, quo inſtitutæ à Servatore ſacræ Cœnæ memoriam colere longævo Eccleſiæ uſu receptum eſt; eò denique gradatim (veluti faſtigiato opere) deſinente more, ut Regum fermè tantum, Principum, & qui parem his fortunam æmulantur, iſta religio ſit, integri anni faſtum unius diei humilitate, & ne omnino ſortis dememiniſſe viderentur, ad oſtentationem maximè compoſita, adornataque piantium.

Pedes baptizatorum ab Epiſcopo abluti.

X. Ceterum iſtud haud ſilentio prætereundum, baptizatorum poſt peracta initiationis myſteria ab Epiſcopo pedes ablutos fuiſſe. Teſtatur id Ambroſius (f) *ſuccinctus* ad initiatum

(f) Ambroſ. de ſacram. lib. 3. c. 1. & lib. de his, qui myſter. init. c. 6.

tum, inquiens, *ſummus ſacer- pedes tibi lavit*; id tamen in cleſia Romana haud ita fieri iciens. Quo etiam modo guſtinus (ff) aut qui Au- ſtini nomine neophytos al- quitur, impletis omnibus ſa- mentis; *etiam mandatum bis exemplo & ſermone tradidi- us. Lavimus enim ſingulorum des, ad imitationem vos no- am, imò ipſius Domini & Ser- toris noſtri provocantes.*

XI. Iſtud ferè omiſeramus, lennonitas, priſcam nimirum nctimoniam affectantes, pe- um iſtam lotionem non mi- ori penè loco atque ſacramen- a quæ appellamus, pleroſque abere. (g) *Mennonitarum officioſitas.*

R 2 XII.

(ff) Auguſtin. Serm. 3 in append. 40. ſerm. (g) Jo. A. Boſ. de Stat. Eu- rop. Diſſert. 3. §. 25. Seckendorf. Hiſtor. Luth. I. 517. 157. addit. I. II. 6. 10. 11. 12.

Preces lotis manibus. XII. Ceterum non ad munditiem tantùm, ſed & ad religionem aliquando pertinere viſum, ſordes aquâ diſpungere, ad animum ſcilicet usque perventuras, nî corpore abſterſiſſent; populari quidem perſvaſione, prudentioribus magis non prohibitâ, quàm probatâ. Ita illotis manibus preces ad Deum fundere irreligioſum erat pleriſque Chriſtianorum, minus videlicet promptum votis ſuis habituri, ſi ſquallore atque ſitu ſordidati adiſſent. Tertullianus (h) vanitatem hominum increpans, qui ſatis inſtructos ſeſe ornatosque credebant, ſi manibus, & quæ quorundam ſtultitia erat, toto corpore loti Numen precaturi acceſſisſent: *Quæ ratio eſt, manibus quidem ablutis, ſpiritu vero ſor-*

(h) Tertull. de Orat. c. XI.

dente orationem obire; quando ipſis manibus ſpiritales man- ... æ ſint neceſſariæ, ut à falſo, à ... e, à ſævitia, à veneficiis, ab ido- ... tria, ceteriſque maculis, quæ ... itu conceptæ manuum operâ ... nſiguntur, puræ alleventur. ... ſunt veræ munditiæ, non quas ... ique ſuperſtitiosè curant, ad ... em orationem etiam cum la- ... ro totius corporis aquam ſu- ... tes. Cujus rei rationem, ... n iſtam ab iis reddi adjecis- ... quod id fieret in comme- ... rationem dediti, (Judæis, ex- ... ante Pammelio, à Pilato, ... ninis ſe purum arbitrante, ſi ... nus aquâ diluiſſet,) Serva- ... s, quam inepta ea ſit oſten- ... s: *Nos* inquit, *Dominum a- ... imus, non dedimus, imò & ... rſari debemus deditoris ex- ... lo, nec propterea manus ab- ... e, niſi quod converſationis*

humanæ inquinamentum conſcientiæ causâ lavemus. Ceterùm ſatis mundæ ſunt manus, quas cum toto corpore in Chriſto ſemel lavimus. Superſtitioni potius quàm religioni talia deputanda, affectata & coacta, & curioſi magis, quàm ritualis officii eſſe, obſervans. Cœptum jam ante Tertullianum, aut Tertulliani ſaltem ætate morem ad ſua usque tempora dimanaſſe indicat Chryſoſtomus, (i) ſuorum plerosque objurgans, queîs major ſollicitudo inerat, corpore quàm mente nitere; *Diſcamus obſecro, quænam ea ſint, quibus turpiter homines fœdantur. Diſcamus verò, & fugiamus: In nonnullis jam Eccleſiis hunc morem corroboratum videmus,* ut

(i) Chryſoſt. in Matth. Homil. 52.

diligenter multi ſtudeant, quo-
do manibus loti, candidis in-
i veſtimentis, in Eccleſiam in-
diantur. Quomodo autem
mam atque mentem ſuam pu-
n atque defecatam offerant
o, nullam prorſus habent cu-
n. Hæc dico, non quia lava-
os aut manus prohibeam: Sed
a non aquâ ſolum lavare os
im, verùm etiam, ut æquius eſt,
ni virtutis numero. Sorde-
nt quippe manus homicidio,
eriſq; operationibus pravis:
autem maledictione, blaſphe-
â, contumeliâ, verbis iracundis
ue obſcœnis, diſſoluto riſu,
ue ſcurrilitate. Si ergo nul-
horum tibi conſcius es, neque
maculis obſcœnius, ingenti ac-
e fiducia: ſin autem millies
ſordibus te deturpaſti, cur in-
ſum laboras? cura quâ os atq;
gvam diligenter lavas, perni-

cioſam verè atque peſtiferam maculam ipſorum non abſtergis? Dic ſodes ſi ſtercore manus atque cœno illitas haberes, auderesne ita ſerditus orare? Minimè, inquies. Atqui hoc nullum tibi damnum afferret: illud omni peſte pernicioſius eſt. Quomodo igitur ea, quæ indifferentia ſunt, vereris: quæ autem certam perniciem habent, ex deſidia negligis. Atque alibi, (k) quantum ad vitæ integritatem interſit, bonis moribus asſvefieri, oſtenſurus: *Multum profecto confert bonis asſueſcere. Vide quàm ſint iſta modica & inutilia & tamen conſuetudine inducta anima ea non deſerit, neque ad orandum pergere ſuſtinet, niſi ea prius impleverit. Puta asſuefecimus*

(k) De pœnit. homil. 6. & ad Popul. Antioch. homil. 36. Tom. V.

mus nos lavare & orare, & qua-
d non liceat illotis manibus fa-
re, non libenter oramus, niſi
te laverimus: perinde ac De-
offenſuri violaturique conſci-
iæ bonum, niſi ita faciamus.
quantum conſultius ſit, ma-
s eleemoſynis plenas quàm
uâ purgatas Deo offerre;
Ut verò ad orationem illotis
nibus venire nolles, ſic neque
eleemoſyna accedas. Idem
o loco, (m) ad eandem ferè
mam, qua modò Tertullia-
s. Εἶτα χεῖρας μὲν νιπτόμεθα
ἐκκλησίαν εἰσιόντες. Τὴν δὲ καρ-
ἐν οὐκέτι. *Ingreſſuri in tem-*
m, manus lavamus, non au-
corda. Et præſertim, quàm
R 5 in-

(l) In 1. ad Corinth. XVI. ho-
l. 43. ſub fin. (m) in Joan. ho-
l. 72. add. Tom III. indict. A-
it. Habentes autem non long.
ſin.

inutile ſit, imò noxium, manibus non lotis quidem tantum, ſed & eleemoſynâ quidem onuſtis, at ex rapinis pravoque quæſtu collecta, Numini ſupplicare (n). *Cùm ſordidis manibus orare non audeas, ſordes ipſas atque immunditiam offers,* (eleemoſynas è rapinâ,) *manus ipſas non ſinis impleri immunditiâ, ſed eas primùm abluens, ita demum offers: cùm tamen illæ ſordes* (quæ corpore contrahuntur,) *crimine careant.* Atque rurſus (o) eundem in ſenſum: *Et ſordidis quidem manibus orare non audes: ſordem autem & immunditiam offerens ex rapina nihil mali cenſes? ipſas manus ſordibus & immunditiâ non ſinis impleri: ſed prius purificatas, ita*

(n) In. 2. ad Timoth. II. ult. homil. 6. (o) d. homil. 36.

poſtmodum eas offers. Et sordes nullum habet pecca-, illa verò accuſatione digna c calumnia. Ne ſolum igi- conſideremus, quomodo pu- fferamus manus orantes, ve- & ut quæ offeruntur pura. Et quanto major manu- facinoribus non contami- darum, quam ſordibus ex- gandarũ, cura habenda ſit: *Si non permittis, ut eæ* (ma-) *tollantur illotæ ad oratio-: multo magis non æquum eſt, eas peccatis inquines.* Alio ique loco (q) eandem in tentiam: *Si*, id quod levius *times, illotis manibus orare, deſt multo gravius, magis ex- eſce. Illotis quidem manibus re non tam abſurdum eſt. Eas em innumeris contaminare*

R 6 cri-

(p) in Pſ. CXL. (CXLI.) 2.
) ad Popul. Antioch. homil 79.

criminibus, hoc multam affert indignationem & exitium.

Eucharistia accepta manibus communicantium. XIII. Præſertim verò tantum non nefas ducebant, divinis, quas ſuo corpore præbet Servator, epulis ſordidatum intereſſe, ſacrasque dapes manibus non lotis contingere. Manu quippe ipſi ſacratum panem accipiebant, quibus veſcendi jus atque voluntas erat. Proclive fuerit, Tertulliani, Cypriani, Gregorii, Nazianzeni, Cyrilli, Chryſoſtomi, Auguſtini Aliorumque teſtimoniis id comprobare, niſi id jam ante nos egiſſe animadvretisſemus Jo. Dallæum, (r) ut piguerit, actum ſcientem agere. Adjicere potius tantùm viſum pauciſſima à Dallæo, cuncta ferè conquirente,

(r) Jo. Dall. de Cult. relig. object. lib. 2. cap. 20. & de cult. Latin. relig. lib. V. cap. 2.

nte, quo neſcio caſu, neglecta, miſſa. Ita nimirum (s) Cyrianus bona patientiæ celeans: *Sit fortis & ſtabilis in corpatientia: & nec adulterio ſanficatum corpus & Dei templum lluitur, nec juſtitiæ dicata innontia contagione fraudis inficir; nec poſt geſtatam*, (ita enim gendum eſſe non guſtatam, ctè animadvertit Pamelius) *chariſtiam, manus gladio & uore maculatur.* Chryſoſtous (t) miraculum celebrans leſtis cibi uno tempore tot cis præſentis. *Qui cum Pae ſurſum ſedet, in illo ipſo* (quo charista celebratur) *temporis ticulo omnium manibus peractatur, ac ſe ipſe tradit volen-*

(s) Cyprian. de bon. patient. mel ibi n. 38. (t) de ſacerdot. 3. Tom. V.

tibus ipſum excipere ac complecti, cujus quidem loci partem aliquam Dallæus decerpſit. Idem alibi (u) rationem oſtendens, qua commeſſationes, & quæ has comitari atq; ſequi ſolent, poſt cœnam Dominicam eò magis ſui omitterent: *Ne igitur hæc fiant*, (commeſſatio poſt cœnam Dominicam, & quæ commeſſationi ſolennia eſſe ſolent) *dextram tuam, lingvam, labia conſidera, quo pacto veſtibulum Chriſto facta ſunt, ut ingrediatur.* Atque alio loco (x) ſuos ad ſanctitatem divinis beneficiis dignam cohortans, *ſis Gratus erga bene factorem tuum optima converſatione, & ſacrificii magnitudinem cogitans, orna corporis tui mem-*

(u) Chryſoſt. in 1. ad Corinth. homil. 27. non long. à fin. (x) ad Populum Antiochienum. Homil. 21.

bra: cogita quid manu capias, unquam ullum verberare au-, nec tanto decoratum munere, æ crimine confundas. Cogi-uid manu capias, & ipſam ab i avaritia & rapina liberam ſerva. Reputa, quæ non tantum nu capias, verùm & ori admo-s, & lingvam cuſtodi à contu-ioſis mundam & turpibus ver-, blaſphemia, perjurio, & aliis o-ibus hujusmodi. Idem alibi,) non ſui tantum ſed etiam orum rationem habendam mmonens, ne ii ſacras da-s inconſulta aviditate con-ſtando, ſibi malum porro ac-ſſerent, Deo vitiis ſuis, jam tis inviſi; *ſi videris aliquem eo-m, qui tecum congregantur, for-cantem & ad ſacramenta acce-ntem, dic ei, qui Miniſter eſt dis-ibutionis eorum:* (Sacerdoti, vel

(y) in Pſ. XLIX. (L) 18.

vel Diacono.) *Hic eſt indignus Sacramentis, arce profanas manus. Si enim ne juſtitias quidem enarrare dignus eſt, conſidera, quò ejus procedat punitio, quando ſacram etiam menſam auſus fuerit attingere.*

Lotis. XIV. Et verò, par erat manus, quas accipiendis ſacris dapibus admovebant, non illotas inferre ſanctisſimosque publica communicantium celebritate fœdis illuvie manibus prenſare, hominis fuerit quamvis non impii, ſordidi tamen nimis, cultûsque, inter homines non Cyniſmo deditos omnino ignari. (z) Auguſtinus ſuis in mentem revocans, qua animi ſanctitate ea in re opus ſit, cui illotas manus inferre fermè piaculare habeatur: *Si eru-*

(z) Auguſtin. de tempore ſermon. 244.

beſcimus ac timemus Euchariſtam manibus ſordidis tangere, plus emus timere ipſam Euchariſtam in anima polluta accipere. demque argumento ad *commendandam ſuis tanti negotii reverentiam prolixius* Chryſoſtomus (a) *Et quomodo comparebis ad tribunal Chriſti, qui manibus labiis immundis ipſius audes contingere corpus - - oro te, an voles manibus illotis ad oblationem accedere? Non arbitror, ſed males utique potius omnino non accedere, quàm ſordidis accedere manibus. Cùm ergo in modico adeò ſis religioſus, audes accedere & contrectare, cùm animam habeas ſordidam? Atqui manibus quidem ad tempus ſtines, quantum verò attinet ad animam, totus reſolveris.* Quibus aria, imò eadem penè quadam ad

(a) Chryſoſt. in Epiſt. ad Epheſ. ſerm. 3.

ad Antiochenos oratione habita (b) repetit. Laudat hac in re aut approbat ſaltem ſuorum morem Auguſtinus (c) (aut quisquis is fuerit, Auguſtino forte recentior.) *Hoc dico* (inquiens) *quod vos frequenter facere aſpicio. Omnes viri quando communicare deſiderant, lavant manus ſuas, & omnes mulieres nitida exhibent linteamina, ubi corpus Chriſti accipiant.* Quæ quidem ſi ad munditiem ſpectabant; nemo facile reprehenderit, ſin ad religionem id pertinere arbitrabantur, vix ultra argueris quàm bono animo, nimia rei ſacræ veneratione peccaſſe. Et verò ſimili religione contactos pleroſque Gentilium non niſi puris manibus

(b) ad popul. Antioch. Homil. 61. (c) Auguſtin. de temp. ſerm. 252.

us ad ſacra acceſſisſe ali-
(d) oſtendimus; Id quod
eſertim apud Græcos atque
rum imitatione Romanis in
u fuiſſe Dionyſius Halicar-
ſſæus (e) teſtatur. Penè o-
iſeramus locum (ee) Cyrilli
liò quidem ſpectantem) in-
cantis, quo iſta abluendarum
anuum religio pertinuerit.
*dʼiſtis Diaconum aquam lavandis
anibus porrigentem Sacerdoti &
lis, qui circum Altare Dei ſtabant,
resbyteris? Num ideò dabatur,
t ſordes corporis abluerentur? Ne-
uaquam: neque enim adeò ſordi-
lis corporibus fœdati Eccleſiam in-
redi ſolèmus, ſed illa manuum ab-
utio ſymbolum eſt, oportere vos à
peccatis omnibus, & iniquitatibus
mun-*

(d) Syſtem. Theol. Gentil. cap. 14 §. 2. (e) Dionyſ. Halic. Ant. Rom. lib. 7. p. 478. 479. (ee) Cyrill. Catech. 5.

mundari: cum enim per manus deſignentur actiones, lavare eaſdem puritatem operum ſignificat. Nonne audiſti Davidem myſteria tractantem & dicentem: Lavabo inter innocentes manus meas & circumdabo Altare tuum Sanctum. *Itaque manus abluere in precibus eſt Symbolum, non obnoxium eſſe peccatis.*

ti & Evangelia.

XV. In eundem etiam modum Evangelia non niſi ablutis manibus contrectabant. Indicat id Chryſoſtomus, (f) qui pravam iſtorum conſvetudinem inſectans, quibus per Deum dejerare nulla religio erat: *Si inquit Evangelium quidem capere oporteat manibus lotis, & cum multa reverentia & religione tremens & timens ſumis: Evangelii verò dominum temerè lingvâ paſſim verſas.*

XVI.

(f) Chryſ. ad popul. Antioch. homil. 7. ſub ſin.

V I. Inprimis verò reve- *Lotio poſt concubitū.*
iæ, quam rebus ſacris de-
us, congruere viſum, cor-
lavari, recenti à Venere
ie voluptate, cui etiam con-
lis licentia indulget, ca-
e. Ortum id primò apud
æos, quos inter haud po-
næ dignationis Flavius
phus: *Qui coivit cum fœ-
a, atque ſemen emiſit, is mun-
nequaquam eſt: quia etiam
legitimum Viri cum uxore con-
ſum lavari lex præcipit. Fit enim
næ corporisque pollutio.* Ea-
ratione ne quis à conjuge
lotus ad ſacra ſeſe con-
t, Ægyptios lege ſanxiſſe,
mens Alexandrinus (h) Au-
r eſt. Miratur ineptam,
hac

(g) Joſephus cont. Appionem
2. p. 881. (h) Clem. Alex.
om. lib. 1. p. 424.

hac in re ſuorum etiam Religionem Chryſoſtomus, (i) quorum nemo à patrata fraude atque rapina digreſſus Balnea adeat, nihil inde ſordium contraxiſſe ſeſe arbitrantes, aſt verò poſt expletam cum meretrice libidinem ad lavandum contendant.

Abſtinentia à concubitu communicans. XVII. Cautius ſeveriori disciplinæ operam dabant, qui ſacra adituri ipſa abſtinebant voluptate utcunque matrimonii titulo atque jure tractantes, quo manus utcunque polluiſſe videri poſſent. Auguſtinus, (k) ſive quicunque alius Auguſtini perſonam ſimulans. Satis quidem pro imperio: *Quotiens ad Eccleſiam in qualibet ſolen-*

(i) Chryſoſt. in I. ad Corinth. VI,16. Homil.16. (k) Auguſtin. de temp. ſerm. 244.

nitate venitis, & ſacramenta Chriſti percipere volueritis, ante plures Caſtitatem ſervate; um ſecura conſcientia ad Altare Dei poſſitis accedere. Quam etiam per totam quadrageſimam & usque ad clauſulam Paſchæ fideliter Cuſtodite, ut vos ſolemnitas Paſchalis caſtos & puros inveniat. Qui enim bonus Chriſtianus eſt non ſolum ante plures quàm communicet, Caſtitatem ſervat, ſed & - - Idque ne gratis ſuaque ſponte, nulla alia aut auctoritate aut ratione dixiſſe videatur. *In veteri teſtamento legimus; Si quis nocturno pollutus fuerit ſomno, non manducet carnes ſacrificii ſalutaris, ne pereat anima illa de populo. Si poſt pollutionem, quæ nobis nolentibus fieri ſolet, nobis communicare non licet, niſi prius præcedat compun-*

ctio

ctio & eleemoſyna, &, ſi infirmitas non prohibet, jejunium, quis eſt qui poteſt dicere illud, quòd vigilantes (mariti cum uxoribus,) *facimus, non eſſe peccati.* Atque iſthuc etiam tendens Hieronymus, (l) ad auſteritatem ſuopte ingenio proclivior, (quanquam omnem coitum ſpurcum eſſe neget, (m) (non ſcilicet Marcionis conſectans dogmata, aut Tatiani Principis Encratitarum errore deceptus,) ad antiqui fœderis disciplinam provocans; *Relegamus Regum* (n) *libros, & inveniemus ſacerdotem Abimelech de panibus propoſitionis noluiſſe prius dare David & pueris ejus, niſi interrogaret, utrum mundi eſſent pueri*

(l) Hieron. in Epiſt. ad Tit. I. 7. Verb. ſed Hoſpitalem. (m) adverſus Jovin. lib. I. ſub pr. (n) I. Sam. XXI. 4. 5. 6.

ri à muliere non utique aliena, conjuge. Et niſi eos audiſſet ab i & nudius tertius vacaſſe ab re conjugali, nequaquam pa- quos prius negaverat conceſ- ſet. Tantum intereſt inter Propo- onis panes & corpus Chriſti, antũ inter umbram & corpora, er imaginem & veritatem, inter mplaria futurorum, & ea ipſa, æ per exemplaria præfigura- ntur. In eandem ſenten- m Gregorius M. (o) ſciſci- nti Auguſtino Cantuariæ æſuli, an viro ſuæ conjugi rmixto, antequam lavetur uâ, intrare Eccleſiam vel et- m ad Myſterium ſacræ com- unionis accedere fas ſit? Vir autem, reſpondet, cum pro- pria conjuge dormiens, niſi lotus aqua intrare Eccle- ſiam non debet, ſed neque

S lo-

(o) Gregor. M. ad Auguſtin. nterrog. 10. col. 1194. 1197.

„lotus intrare ſtatim debet.
„Lex autem veteri populo præ-
„cepit, ut mixtus vir mulieri,
„& lavari aquâ debeat, & ante
„Solis occaſum Eccleſiam non
„intrare. Quod intelligi ſpi-
„ritualiter poteſt: quia mu-
„lieri vir miſcetur, quando il-
„licitæ concupiſcentiæ ani-
„mus in cogitatione per de-
„lectationẽ conjungitur. Qvi,
„niſi prius ignis concupiſcen-
„tiæ à mente deferveat, di-
„gnum ſe congregatione fra-
„trum exiſtimare non debet:
„quia ſe gravari per nequitiam
„pravæ voluntatis videt.
„Quamvis enim de hac re di-
„verſæ hominum nationes di-
„verſa ſentiant, atque alii alia
„cuſtodire videantur, Roma-
„norum tamen ſemper ab an-
„tiquioribus uſus fuit, poſt ad-
„mixtionem propriæ conjugis,
„& lavacri purificationem
quæ-

quærere, & ab ingreſſu Ec-
leſiæ paululum reverenter
ɔſtinere. Nec hæc dicentes
eputamus culpam eſſe con-
ıgium. Sed quia ipſa licita
dmixtio conjugum ſine vo-
ıptate carnis fieri non poteſt,
ſacri loci ingreſſu abſtinen-
ım eſt: quia voluptas ipſa
ſe ſine culpa nullatenus pot-
t. Non enim de adulterio vel
rnicatione, ſed legitimo con-
ıgio natus fuerat, qui dice-
at: *Ecce enim in iniquitati-
conceptus ſum, & in delictis
erit me mater mea.* Qui e-
im in iniquitatibus conce-
tum ſe noverat, in delicto
e natum gemebat: Quia
ortat arbor in ramo humo-
em vitii, quem traxit ex ra-
lice. In quibus verbis non
pſam admixtionem conju-
um iniquitatem nominat,
ſed ipſam videlicet volupta-

„tem admixtionis. Sunt e-
„nim multa licita ac legitima,
„& tamen in eorum actu, ali-
„quatenus fœdamur. Idque
poſtquam exemplo iræ com-
probaſſet, nunquam ferè vitio
carentis etiam juſta ex cauſa
exardeſcat; propoſitam ab Au-
guſtino quæſtionem tandem
„definiens. Oportet itaque le-
„gitima carnis copula ut cauſâ
„prolis ſit, non voluptatis: &
„carnis commixtio, creando-
„rum liberorum ſit gratiâ, non
„ſatisfactio vitiorum. Si quis
„ergo ſua conjuge non cupi-
„dine voluptatis captus, ſed
„ſolummodo liberorum cre-
„andorum gratiâ utitur, iſte
„profectò de ingreſſu Eccleſiæ,
„ſeu de ſumendo corporis do-
„minici ſanguinisque myſte-
„rio, ſuo eſt relinquendus ju-
„dicio, quia à nobis prohibe-
„ri non debet accipere, qui in
igne

„ igne poſitus neſcit ardere
„ Cùm verò non amor procre-
„ andæ ſobolis, ſed voluptas
„ dominatur in opere commix-
„ tionis, habent conjuges e-
„ tiam de ſua commixtione,
„ quod defleant. Hoc enim eis
„ concedit ſancta prædicatio,
„ & tamen de ipſa conceſſione
„ metu animum concutit. Nam
cum Paulus Apoſtolus diceret:
Qui ſe continere non poteſt, ha-
beat uxorem ſuam: ſtatim ſub-
jungere curavit: *Hoc autem di-*
co ſecundum indulgentiam non
ſecundum imperium. Non e-
„ nim indulgetur, quòd licet
„ & juſtum eſt. Quòd enim
„ indulgeri dixit, culpam eſſe
„ demonſtravit. Vigilanti er-
„ go mente penſandum eſt,
„ quòd in Syna monte Domi-
„ nus populum abſtinere à mu-
„ lieribus præcepit. Etſi illic,
„ ubi Dominus per creaturam

„ſubditam hominibus loque-
„batur, tanta proviſione eſt
„munditia corporis requiſita,
„ut qui verba Dei perciperent,
„mulieribus mixti non eſſent:
„Quanto magis, qui corpus
„Domini omnipotentis acci-
„piunt, cuſtodire in ſe mun-
„ditiam carnis debent, ne ipſi
„inæſtimabilis Myſterii ma-
„gnitudine prægraventur?
„Hinc etiam ad David de pue-
„ris ſuis per ſacerdotem dici-
„tur, ut ſi à mulieribus mundi
„eſſent, panes propoſitionis
„acciperent quos omninò non
„acciperent, niſi prius mun-
„dos eos David à mulieribus
„fateretur. Tunc autem vir,
„qui poſt commixtionem con-
„jugis lotus fuerit aquâ, etiam
„ſacræ communionis myſte-
„rium valet accipere, cùm ei
„juxta præfinitam ſententiam,
„etiam licuerit intrare. Ita
Gre-

Gregorius in pleriſq; ſatis rectè; niſi quòd mireris liberorum procreandorum causâ licentiæ conjugali, hîc quoq; veniam indulgere, in quibus procreandis, non tantum à qualicunq; mora periculum eſt, ut operam ei rei navandam non aliud in tempus differre liceat, ſacris minus occupatum, adeoque talibus exercendis commodius. Et quid hâc in re homini ſuæ ſalutis aliquantum curioſiori liceat ſuam quoque Eligius Noviamenſis (p) Thimotheus Alexandr. (q) Petrus Damianus (r) ſententiam expoſuere. Et

(p) Elig. Nov. Homil. 16. Bibl. PP. Tom. 2. col. 530. C. (q) Timoth. Alexandr. Can. Perſponſ. ad Interrogat. 5. Bibl. PP. Tom. 6. col 614. add. Reſponſ. ad Interrogat. 12. 13. (r) P. Damian. de Dei Omnipot. cap. 14. Bibl. PP. Tom. 3.

verò ſi verum fateri licet,(quòd equidem fateri non licere nefas fuerit) hominis non ſanè ad pietatem, quantum decebat, compoſiti videtur, voluptati adeò totum hominem occupanti operam dare, quando animo ad delicias diviniores guſtandas penitus intento non niſi has cogitare oportuerat, tota mente ad epulas tam auguſtas converſa. Improbum equidem imò nefas fuerit, damnare aut infamare convitiis licentiam, quæ conjugio exercetur, ab ipſo Deo permiſſam. Attamen uſu iſtius populo ipſe (s) interdixit, quando animo potius totos ad leges divinas accipiendas expedito eſſe voluerat. Quæ juxta cum aliis Moſaicis, quanquam ad fœderis

(s) Exod. XIX. 15. Hieron. in I. ad Corinth. VII. 5.

ris conditionem, quatum populus utebatur, maximè pertineant, indicio tamen eſſe posſunt, ſimili in cauſa, quid alios deceat. Et verò Apoſtólus (t) idoneus ſanè morum Chriſtianorum Magiſter, conjuges jejunio atque precibus vacaturos, tantiſper differre jubet lætiorem iſtum conjugii uſum; facile advertens, quàm non ſatis huic cum iſtis conveniat. Non ſanè ſemper licere, quòd ſuo tempore, atque loco licet, nemo rerum etiam humanarum non omninò imperitus negaverit. Neque puto quempiam fore adeò aut lubidini, ſive ſuæ ſive alienæ deditum, aut indulgentem, ut non pro-

(t) 1. ad Corinth VI. 5. Chryſoſt. in Pſ. L. (LI.) Homil. 1. & de Virginitate. cap. 29. & ſeqq.

terviæ & penè flagitii loco habeat, poſt expletam etiam cum uxore voluptatem illicò in ſacras tapes irruere, à qua ſibi temperet vir gravis, etiam Civilia munia paulo poſt agreſſurus, quibus curandis expediendisque ingenio, induſtriâ, præſentiori denique animo opus ſit. Hoc age etiam ad in ſacris Gentilium, (u) formula erat quibus ad rem ſacram ſeriò atque ex animo ſuſcipiendam peragendamque adſtantes excitabant; quibus comparatos pleroſque Chriſtianorum meritò ſubeat, quantum ſupereſt pudoris, animo nunquam minus, quàm ad res ſacras obeundas paratos, aut in peragendis iis præſentes.

XIIX.

(u) Barnab. Briſſon. de Verb. Solenn. Rom. lib. 1.

XIIX. Et quidem etiam precibus caſtimoniam magis congruere, jam, uti retulimus modo, Paulus aut præcepit, aut monuit. Quam in rem etiam (x) Chryſoſtomus ſuos increpans, quibus non religioſum lingvam convitiis ſtrenuè exercitam mox ad cœleſtes dapes conferre. *Tu verò eo die, quo liberis legitimè operam dediſti, quamvis crimen illud non ſit, orare tamen non audes, convicia autem atque antequam teipſum mundes, manum ad cœlum tollis: dic quæſo, quo modo non inhorreſcis? An non audiſti Paulum dicentem*, honorabiles eſſe nuptias, ac lectum incontaminatum? *quòd ſi ab incontaminato reſurgens lectulo times ad orandum accedere: cùm in diaboli* Precantium.

(x) Chryſoſt. in Matth. Homil. 51. Tom. 2. col, 400.

lectulo ſis, cur horribile Dei nomen audes invocare? Idem alio loco (y) adulterii gravitatem indicaturus. *Quòd ſi* ab uxore ſua multi jejunii & orationis tempore abſtinent, quia ſua contentus non eſt, multi nempe jejunii, atque intentioris precationis tempore, id quod etiam in animo habuiſſe Apoſtolum paulo ante memoratum obſervat Chryſoſtomus (z) poſt relata ſubjiciens, hæc Paulum præcipere de ea, quæ majori ſtudio fiat, oratione. *Si enim* (ita porrò Chryſoſtomus) *orare prohibet eos, qui inter ſe conveniunt, ſine intermisſione*

(y) in Joan. Homil. 62. Tom. 3. col. 261 (z) Chryſoſtomus in I. ad Corinth. 7. Homil. 19. Tom. 4. col, 424. add. Martin. Chemnit. loc, de Caſtit. 501. & ſeqq.

ſione orare quomodo tempus habuerit? licet ergo & cum uxore habere conſvetudinem, & attendere orationi: ſed per continentiam ea fit exactior. Non enim dixit abſolute: Ut oretis, ſed vacetis; utpote *quòd res procreet privationem otii, ſed non immunditiam.*

OBSERVATIO VII.
DE
LUDIS CHRISTIANIS PROHIBITIS.

I.

VEteris ævi priſcæque ſanctimoniæ Chriſtianos auſteritati, etiam ubi lenioribus eſſe licebat, plus aliquando ferè nimium deditos, haud mi- *Ludi Chriſtianis interdicti.*

 rum

rum eſt, Ludos, (1) quos ambitio Gentilibus, laſcivia, voluptas, hisque omnibus invisior Chriſtianis ſuperſtitio commendabat, adeò exoſos habuiſſe, ut quantum induſtriâ atque ſtudio anniti poterant, ab Eccleſiæ finibus procul haberent; tot nominibus ſanctiori, quam profitebantur, diſciplinæ adverſos. Et quidem, ſi ullo alio, iſto certè in negotio ſua ſeveritati cauſa ratioque conſtabat. In ceteris plerisque, aut ſaltem haud paucis, ſuo, quem ad duritiem asſveverant, genio indulſisſe, dixeris. Horum fugam, odium atque proſcriptionem ipſa iſtorum

(1) de Quorum Origine atque Inventoribus Tertull. de Spectac. c. 5. Apol. c. 38. Cœl. Rhodigin. Lect. Ant. lib. 5. c. 7. Sam. Bochart Phaleg. lib. 2. c. 12.

[...]m natura indoleſque extor-[...] Et quî admitterent rem [...]hriſtiani, divinioris Reip. ci-[...]s, ne iſtis quidem, à quibus [...]nto ſtudio, tantisque ſum-[...]bus colebatur, probatam? [G]entilibus inquam, queis nul-[...] fere ſine ludis in Deos reli-[g]io, nulla virtutis dignitatisve [p]ublicis honoribus ornandæ [r]atio erat.

Ludionum infamia, apud ipſos Gentiles.

II. Et verò, quanquam ſce-[n]icos, Circenſes, ſimilesque lu-dos ita ſectarentur Romani, ut nihil ferè ſacri profanive feſti-vum ſatis exiſtimarent, cui non iſtud ἔμβλημα accederet, adeò tamen contemptui apud hos ipſos erant, qui exercebant, ut quamvis (2) civilius primum habiti, poſtea inter infames non populari minus opinione, at-que publicarum legum cenſu col-

(2) Macrob. Saturn. III. 14.

collocarentur. Prætoris edi-ꝰcto (a) inter alios, eandem in claſſem, extra honeſtorum hominum ordinem projectam, infamiâ notabatur, qui artis ludicæ pronuntiandive causâ in ſcenam prodierit, aut operas ſuas, ut cum beſtiis depugnaret, locaſſet; niſi ideò addixiſſent, (b) ut extra arenam feras venarentur, aut adverſus eas depugnarent, à quibus regioni periculum erat, quibus ſcilicet operis nihil inerat, quod notam mereret. Id quod etiam obſervans Auguſtinus, (c) in oſtendenda ludorum, quibus Deos ſe demulcere Gentiles arbitrabantur, pravitate occupatus:

(a) l. 1 D. de his qui not. infam. (b) l. 1. §. 6. D. de Poſtul. add. Jac Revard. Varior. III. 1. (c) Auguſtin. de C. D. Lib. II. cap. 11.

tus: Græci ipſos homines, per quos iſta in theatris agebantur, non ſolùm minime ſpernendos in civitate, verùm etiam maximè honorandos putaverunt. Econtra Romani, quamvis jam ſuperſtitione noxia premerentur, ut illos Deos colerent, quos videbant ſibi voluiſſe ſcenicas turpitudines conſecrari: ſuæ tamen dignitatis memores ac pudoris, auctores talium fabularum nunquam honoraverunt more Græcorum.

III. Hinc tanta iſtorum hominum Romana in Civitate vilitas, ut non tantum lege Julia, (d) qui Senator erat, aut Senatoris filius, nepos pronepoſve ex filio, ſponſam, uxorem, habere prohiberetur eam, quæ ipſa ejusve pater materve artem

Atque vilitas.

(d) l. 44. pr. §. 2. & ſeqq. D. de Rit. nupt. Briſſon. de Jur. Connub. p. 124. ſeqq.

artem ludicram feciſſet; ſed etiam Ædiles judicium in eos ſe daturos edicerent, (e) ſi quis mancipium dolo malo ſciensque vendidiſſet in arenam depugnandi causâ ad beſtias intromiſſum; atque à legis Juliæ de vi publica, in eos ſtatutæ, qui ad principem provocantes torſiſſent aut verberaviſſent, metu atq; pœna immunes eſſent, (f) qui id in hominẽ ludicram artem profeſſum admitterent; fœminæ quæ deniq; à ſeveritate L. Juliæ latæ de adulteriis liberæ agerent, (g) tanquam id hominum genus ita lex aſpernaretur, ut beneficio pariter ſuo atque ultione indignos cenſeret.

Eo-

(e) l. 1. §. 1. D. æde dil. edict. (f) Jul. Paul. recept. ſentent. Lib. V. tit. 26. §. 2. (g) Briſſon. lib. ſing. ad L. Jul. de adult. pag. 205. 206.

Eoque pertinet, quòd Ulpianus, (h) de ratione atque modo exhæredandi filii agens, etiam pro nominatim exhæredato habendum docet, ſi pater, non expreſſo nomine, cum convitio dixerit; *Non nominandus, non filius meus, latro, gladiator*; ut facile appareat, quo loco gladiatorem habuerit Ulpianus, cujus vocabulo appellari, pro convicio duxerit; Ejusque hoc qua hominum genus apud Romanos laborabat, ignominiæ etiam apud alios Scriptores veſtigia extant. Livius (i) ſcenicorum occaſionem atque initium referens, inter alia: *Quod genus ludorum* (Atellanas deſignat,) *ab Oſcis acceptum tenuit juventus; nec ab hiſtrionibus pollui paſſa eſt. Et inſtitutum ma-*

(h) l. 3. pr. D. de lib. & poſthum.
(i) Liv. VII. 2.

manet, ut actores Atellanarum nec tribu moveantur, & ſtipendia, tanquam expertes artis ludicræ, faciant; ita Atellanarum iſtos actores infamiæ eximens, ut ceteros artem ludicram factitantes ejus notâ haud obſcurè inſigniat. Cicero (k) de Roſcio, hiſtrioniam atque probitatem, res alioquin disſociabiles, ita miſcente, ut in utraque pariter excelleret; *Etenim cùm artifex ejusmodi ſit, ut ſolus dignus videatur, qui in ſcena ſpectetur, tum vir ejusmodi eſt, ut ſolus dignus videatur, qui eò non accedat*. Qua etiam ratione Tacitus inter alia Neronis flagitia recenſet (l) ludos ab ipſo peractos, atque (dedecus à ſeſe amoliri arbitrato, ſi plures fœdaſſet) nobilium familiarum poſte-

(k) Cic. pro Qvinct. (l) Tacit. 14. Annal. 14. 15.

ſteros, egeſtate venales in
nam deductos.

IV. Ita notatam ab ipſis entilibus improbæ artis vilitem acerbiori ignominia hriſtiani infamem reddidere rnobius, (m) Gentilium veordiam irridens, in Deorum, t credi volebant, honorem udos celebrantium, quos qui gerent, ipſiut infames averlarentur; *Ita ne iſtud non eſt Deorum imminuere dignitatem, dicare & conſecrare turpiſſimas res* (ludos ſcenicos aliosque) *eis, quas cenſor animus reſpuit, & quarum actores inhoneſtos eſſe jus noſtrum, & inter capita computari judicavit infamia*. Chryſoſtomus (n) etiam Chriſtianos ſui ſeculi acerrimè objurgans, qui

Notata etiam à Patribus.

(m) Arnob. Adverſ. Gent. Lib. VII. p. 141. (n) in Matth. Homil. 38. p. 315.

qui rem adeò omnium odio, atque exſecratione dignam ſuo favore atque applauſu proſequerentur: *Deſcende igitur tu quoque, ſi hæc abominabilia non ſunt, in orcheſtram, imitare quod laudas, habeas cum his qui hujusmodi commovent riſum, ſocietatem atq; commercium. Sed ſi in illo ipſo conſortio conjungi nolles, cur tantum ei honorem tribuis. Et leges quidem gentilium infames eos eſſe volunt: tu vero quaſi ad legatos, aut duces militiæ cum univerſa civitate omnibus convocatis effunderis, ut unâ cum omnibus ſtercus in aures tuas immittas:* Atque alibi (o) abſurditatem veſaniamque hominum perſtringens, muneribus foventium, quos infames

(o) in I. ad Corinth. IV. Homil. 12. Mor. Exhort. pag. 378. Tom. 4.

es ipſi pronuncient; *Quid
o cinædos illos non inducis ſa-
, ſed veneraris innumeris &
enſis muneribus? & alibi qui*
, (qualia iſti hiſtriones at-
cinædi,) *audent, punis?
autem in loco tanquam com-
niter benè de re publica me-
ntur, in eos pecuniam conſu-
, & publico ſumtu alis. Sed
mes ſunt, inquis.* (Quæ
npe ſatis magna artis pa-
gravis atque modeſtæ pœ-
ſit.) *Quid igitur eos erudis?
id per infames Regibus* (nam
Principum in honorem lu-
celebrare, more invaluerat,)
*ibes reverentiam? Quid in
tantam facis impenſam? ſi
mes ſunt, expellendi eſſent.
â tu gratiâ infames eos facis,
audibus eos, an ut repreben-
proſequaris? Certè repreben-
e: Ita tanquam reprebenden-
ſint, eos vituperas; tanquam
au-*

n æquas aut iniquas haberi eſt poſſibile. Utrum igitur um laudatis omnes uno con- u? annon eum puniri qui r infert injuriam? Ergo me- damnantur, quicunque dis- iunt. Egregiè, quanquam inſtituto noſtro ferè pro- us Auguſtinus (p) Roma- gravitatis ſuæ ita laudans, morum hac ſaltem in parte erſitatem arguat, poſt reci- ſcipionis apud Ciceronem ba, *Cùm*, inquientis, *artem icram ſcenamque totam in bro ducerent, genus hominum non modo honore Civium reli- rum carere, ſed etiam tribu overi notatione Cenſoria vo- runt; Præclara ſanè*, adjicit, *Romanis laudibus annumeran- prudentia. Sed vellem, ſi ipſam ueretur, ſe imitaretur. Ecce e-*

T *nim*

(p) de C. D. c. 27.

nim rectè, quisquis Civium Romanorũ eſſe ſcenicus elegiſſet, non ſolum ei nullus ad honorem dabatur locus, verùm etiam Cenſoris nota tribum tenere propriam minimè ſinebat. O animum Civitatis laudis avidum germaneq; Romanum! Sed reſpondeatur mihi, quàm conſentanea ratione homines ſcenici ab omni honore pelluntur: & ludi ſcenici Deorum honoribus admiſcentur? Quomodo ergo abjicitur Scenicus, per quem colitur Deus? Et theatricæ [illegible]rpitudinis qua fronte notatur [illegible]r, (forte Actor): Si ado[illegible]r Exactor. In hac controverſia Græci Romaniq; concertant. Græci putant, rectè ſe honorare homines ſcenicos, cum colant ludorum ſcenicorum flagitatores Deos: Romani verò hominibus ſcenicis nec plebejam tribum, quanto minus ſenatoriam Curiam dehoneſtari ſinunt.

nent. Ex quibus tandem ſcitè contra cultum utriſque receptum concludens: *Proponunt Græci: ſi Dii tales colendi ſunt, profectò etiam tales homines honorandi ſunt. Aſſumunt Romani: ſed nullo modo tales homines honorandi ſunt. Concludant Chriſtiani: Nullo igitur modo Dii tales colendi ſunt, placatione* nempe, ut idem alibi, (q) *petulantiſſima, nequiſſima, immundiſſima, propitiandi, cujus Auctores laudanda Romana virtutis indoles honore privavit, tribu amovit, agnovit turpes, fecit infames.*

V. Et quem primo loco poni decuerat Tertullianus (r) eleganter atque egregiè: *Quid mirum de inæquata iſta hominum miſcentium & commutantium ſtatum boni & mali per inconſtan-* *Cauſa hujus vilitatis atque infamiæ.*

(q) C. 27. (r) de Spectac. c. 22.

ſtantiam ſenſus & judicii varietate? Etenim ipſi auctores & adminiſtratores ſpectaculorum, quadrigarios, ſcenicos, xyſticos, barenarios illos am . tiſſimos, propter quos in ea committunt, quæ reprehendunt, ex eadem parte, quam magni faciunt, deponunt & deminuunt, imò manifeſtè damnant ignominiâ & capitis minutione, arcentes curia, roſtris ſenatu, equite, ceterisq; honoribus omnibus ſimul ac ornamentis. Quibus quanta perverſitas. Amant quos multant, depreciant quos probant, artem magnificant, artificem notant. Quale judicium eſt, ut ob ea quis offuſcetur, per quæ promeretur? Imo quanta confeſſio eſt malæ rei, quarum auctores, quum acceptiſſimi ſint, ſine nota non ſunt? Qui etiam alibi *Cerdones & omnis gladiatorum ignominia;* atque eidem

dem *ignominioſiſſimum caput & famoſum hiſtrio.* Et verò non ſine cauſa honeſtiorum conſortio arcebantur homines, artes profeſſi, quarum omnis aut in libidine atque protervia aut immanitate exercenda opera poſita erat? Plautus, (s) ne proprium quidem dedecus diſſimulans:

Hujusmodi paucas Poëtæ reperiunt Comœdias,
Ubi boni meliores fiant.

Atque Seneca: (t) *Nihil eſt tam damnoſum bonis moribus, quam in alieno ſpectaculo deſidere. Tunc enim per voluptatem facilius vitia ſurrepunt. Quid me exiſtimas dicere? Avarior redeo, ambitioſior, luxurioſior, imo verò crudelior & inhumanior.* Scenam videlicet non niſi amatoriæ fabulæ, adulteria, inceſtus,

(s) Captiv. in fin. (t) Epiſt. 7.

ceſtus, ſtupra implebant, atque ut pronus in talia lapſus eſt, oſtentando ſpectatores docebant, privato flagitio patraturos, quæ ab hiſtorionibus, peſſimis morum magiſtris, didicerant. Et verò Tiberio Romæ rerum potiunte eo flagitiorum venerant hiſtriones, ut non urbe tantum ſed & Italiâ pellerentur. (u)

Immanitas arenæ. VI. Atque uti laſciviæ impudentiæque Theatrum, ita arena crudelitati ſerviebat, manè Beſtiarios, medio aut flexo in veſperam die gladiatores, iſtos beſtiarum feritati, hos mutuæ cædi objiciens. Hinc iſta matutina beſtiariorum, atque meridiana Gladiatorum certamina, quorum inhumanitatem inceſſens Seneca, (x) cùm caſu in meridianum ſpectacu-

(u) Tac. 4. Annal. 14. (x) d.l.

ſpectaculum ſe incidiſſe retuliſſet, quæ de noxa ludorum obſervaverat, relaturus: *Mera*, (meridianas ſive gladiatorum pugnas intelligit,) *homicidia ſunt; nihil habent, quo tegantur, ad ictum totis corporibus expoſiti, nunquam fruſtra manum mittunt. Non galeâ, non ſcuto repellitur ferrum. Quò munimenta, quo artes? Omnia iſta mortes meræ ſunt. Manè leonibus & urſis homines, meridie ſpectatoribus ſuis objiciuntur. Interfectores interfectis jubentur objici, & victorem in aliam detinent cædem. Exitus pugnantium mors eſt, ferro & igni res geritur. Plagis aguntur in vulnera, & mutuos ictus nudis & obviis pectoribus excipiunt. Intermiſſum eſt ſpectaculum*: (ni fallor matutinum) *interim jugulantur homines, ne nihil agatur*. Atque alibi: (y) *Homo, ſacra res, ho-*

(y) Epiſt. 95. 96.

mini jam per luſum & jocum occiditur: & quem erudiri ad inferenda accipiendaque vulnera nefas erat, is jam nudus inermisque producitur, ſatisque ſpectaculi in homine mors eſt. Quem in modum *ludicras Meridianorum crudelitates*, atque *ſcholas Beſtianorum*, ſive *matutinas*, ut (z) Martialis appellat, *arenas*, etiam Tertullianus (a) inceſſit. Qua ratione etiam Trebonius Rufinus Gymnicon agona apud Vienenſes hactenus celebratum, abolendum curavit, de quo reſtituendo cum Romæ in conſilio Principis ageretur, in Iunii Maurici ſententiam conceſſum eſt, ejus copiam Vienenſibus reddendam negantis; adjecto voto: *Vellem etiam Romæ tolli poſſe.* Id quod referens

(z) X. Epigr. de Mutio. (a) Apol. c. 15. c. 35. c. 42.

...ens atque collaudans Plinius, (b) *Placuit*, addit, *agona tolli, qui ...ores Viennenſium vitia intra ipſos ...ſident, noſtra late vagantur. Ut... ...e in Corporibus ſic in imperio, ...raviſſimus eſt morbus, qui à Capite ...ffunditur.*

VII. Augebat vilitatem rei ...ſa merces, eadem fere ratio...e, qua etiam de puellis hone...ius ſentire conſuevimus, qui...us vitium velut amor obtulit, ...uàm quæ corpore quæſtum ...cientes pudorem, auro con...ta earum qualicunque num...morum pretio venalem habue... ...e Lucianus (bb) Philoſophos ...ſolita acerbitate perſtringens, ...Tragædiarū hiſtrionibus com...parat, quibus, ſi perſonas ſto...amque auro ſparſam detraxe- *Ludiorum merces.*

T 5 ris,

(b) 4. Ep. 22. (bb) Jearo Me...ipp. non longè à fin. Tom. II. p. ...08, 209.

ris, τὸ καταλιπόμενον ἐστι γελοῖον ἀνθρώπιον, ἑπτῶν δραχμῶν ἐς τὸν ἀγόνα μεμισθομένον, *quod ſupereſt, id ridiculum eſt, nempe homunculus ſeptem denariis ad agendum conductus*; quanquam majori etiam pretio, pro artis modo, aut eorum, qui talibus gaudebant, vecordiâ, operam ſuam ludiones iſtos vendidiſſe, haud dubitare licet, id quod vel Panurgi hiſtrionis exemplo apud Ciceronem (c) patet, Roſcii inſtitutione atque diſciplinâ ita eruditi, ut non minus H. S. CCCIↃↃↃ. operam ſuam locaret.

Caſtigatio. VIII. Ita conducti adeò contemptim habiti, ut ſi minus ſcitè partes ſuas obiiſſent, flagellis caſtigarentur, à quibus alioquin

---

(c) pro Q. Roſc. Com. p. 35. add. de ſenicorum mercedibus P. Fab. 2. ſerm. 11.

quin immunia Civium corpora Leges Porciæ præſtitere. Lucianus iterum (d). *Quandoquidem certaminum quoque Præfecti, mimos, qui vel Palladis, vel Neptuni ſeu Jovis perſonam aſſumpſere, non tamen commodè, nec ex Deorum egere dignitate, flagellare conſueverunt.*

IX. Atque præſertim in gladiatoribus, iisque, qui ſe ad arenam auctorari ſinebant, flagitioſum habebatur, aliquot nummis ita vitam auctionari, ut *uri, vinciri, necari* ſeſe paſſuros, quod ſolemne auctoramenti carmen erat, ſponderent. Apud Petronium: (e) Evcolpius forſan atque Gyto. *Itaque in verba Eumolpi ſacramentum juravimus, Uri, vinciri, verberari* *Auctoramentum.*

(d) Tom I. Piſcat. ſeu Reviviſcent. p. 408. 409. (e) Satyr. p. 50. 47. & ibi Jo. à Wower.

berari, ferroq; necari, & quicquid aliud Eumolpus juſſiſſet, tanquam legitimi gladiatores Domino corpora animasq; religioſiſſimi addicimus. Seneca loco ſupra citato: *Tu quid meruiſti miſer, ut hoc ſpectes? occide, ure, verbera. Quare tam timidè incurrit in fatum? quare parum audacter occidit? quare parum libenter moritur?* Atque alibi (f) officium boni viri oſtendens: *Quod maximum vinculum eſt ad bonam mentem, promiſiſti virum bonum, ſacramento ligatus es. Deridebit, ſi quis tibi dixerit, mollem eſſe militiam ac facilem. Nolo te decipi. Eadem honeſtiſſimi hujus, & illius turpiſſimi auctoramenti verba ſunt, uri, vinciri, ferroq; necari. Ab illis, qui manus arenæ locant, & edunt ac bibunt, quæ per ſanguinem reddant, cavetur, ut iſta vel inviti patiantur;*

(f) Epiſt. 37.

tiamur; à te, ut volens libensque patiaris. Indicat idem Martialis, infamem iſtorum hominum fortitudinem atque tolerantiam notans: (g)

In matutina nuper ſpectatus arena
Mutius, impoſuit qui ſua membra focis;
Si patiens, fortisq; tibi, durusq; videtur,
Abderitanæ pectora plebis habes.
Nam cùm dicatur tunicâ præſente moleſtâ,
Ure manum: plus eſt dicere, non facio.

Ut adeò mirandum haud ſit, inter infames, hominumque honeſtorum conſortio, & honorum præſertim communione indignos habitos, quorum ſtudium, occupatio, ipſumque vitæ

(g) X. Epigr. 25.

vitæ inſtitutum iis in rebus verſabatur, quibus ſalva probitate ne intereſſe quidem licuerat; aut qui corpus ſangvinemque alienæ lubidini ita addixiſſent, ut pro lubitu auctorantium ad quævis tormenta perferenda, ipſamque mortem obeundam nulli in publicum uſui viliſſima mercede exponerent.

Ludi maximè Christianis invisi.

X. At verò uti ludos hos eorumque actores, ne ipſi quidem, qui inſtituerant fovebantque, Gentiles inquam laudabant, ita Chriſtiani maximè, melior ſcilicet ſanctiorque Reipublicæ portio, iſtam morum corruptelam meritò exoſam, & qui eam exercebant ſectabanturque, inviſos habebant. Athenagoras (h) L. Aurelio atque Commodo Imperatoribus fidem facturus, quàm procul

(h) Sub fin. orat. pro Chriſtian.

cul à crimine cœdis abſint Chriſtiani, cujus invidiâ apud Gentiles adeo laborabant. *Quis non ſpectacula illa, in quibus gladiatores & belluas populo, præſertim vos Imperatores exhibetis, maximi facit? Nos verò, non ita multum, ſive ſpectator ſit aliquis ſive author cædis, intereſſe judicantes, alieno ab his ſpectaculis animo ſumus. Quomodo igitur, qui ne ab aliis quidem fieri, ne quid inde ſceleris & piaculi in nos redundet, videre ſuſtinemus, homicidium committemus ipſi?* Tertullianus, (i) diſciplinæ Chriſtianæ vindex acerrimus: *Non Circi furoribus, aut arenæ atrocitatibus, aut ſcenæ turpitudinibus Chriſtianum affici oportet. Sunt, qui propter luxuriam ſectantur otium, ſeque vendendos præbent ad cædem. Hic ſe venundat pauper, dives emit occiſores,* ho-

(i) de habit. mul. ſub fin.

horum deinde teſtes futuri ſedent, & gladiatores inter ſe ſingulari certamine nullam ob cauſam committuntur, nec auxiliaturus accedit quisquam. Iſtane rectè à vobis fiunt? Aliquis inter vos excellens manipulum latronum colligit, gladiatorum ſe nutritorem profeſſus: poſt illum gladiatores procedunt, & omnes ad ſpectaculum ceu judices convenitis, hujus rei cauſa partim ad munerarii, partim ad gladiatorum improbitatem pertinet. Nihil eſt, iterum Tertullianus (k) *nobis dictu, viſu, auditu, cum inſania Circi, cum impudicitia Theatri, cum atrocitate arenæ, cum Xyſti vanitate.* Quem in modum etiam aliis locis Theatra *ſtuprandis moribus orientia, ſolennes voluptates Circi furentis, & Caveæ ſævientis, & ſcenæ laſcivientis arguit.* Clemens Alexandrinus,

(k) Apol. c. 38.

nus, (l) informandis hominis Chriſtiani moribus occupatus, Theatralem maximè licentiam, ut à quibus maximum pudori probitatique periculum, prohibens: *Ne ad ſpectacula quidem nos pædagogus deducet. Nec inconcinnè ſtadia & theatra peſtilentiæ cathedram quis vocaverit, & maledictis devovetur, quæ ibi fit congregatio. Magna itaque confuſione & iniquitate hi cœtus pleni ſunt, & occaſio conventus cauſa eſt turpitudinis, cùm viri & fœminæ mixtim conveniant, alter ad alterius ſpectaculum. Hîc perperam jam agitur concilium. Dum enim laſciviunt oculi, caleſcunt appetitiones, & oculi proximos impudententius reſpicere aſſuefacti, quòd conceſſum ſibi vident otium, intendunt cupiditates. Probibeantur* er-

(l) Pædag. Lib. III. c. 11. p. 187. Ita & Tertull. de ſpectac.

ergo ſpectacula & acroamata, quæ nequitiâ verbisque obſcenis & vanis temerè profuſis plena ſunt. Quod enim turpe factu non oſtenditur in theatris? quod autem verbum impudens non proferunt, qui riſum movent ſcurræ & hiſtriones? Ita & Origenes (ll) damnat *ſpectacula Circi, vel theatri, vel quarumlibet ſordidarum viſionum oblectamenta, quibus aut ad libidinem aut rapacitatem vel alia quoque vitia amans inflammatur.* Cyprianus (m) facundè inſaniam iſtam miſerans pariter atque perſtringens: „Inter voluptates ſpectantium quorundam mors „erogatur, ut per cruentum „ſpectaculum ſævire diſcatur; „quaſi parum ſit homini pri„vata ſua rabies, niſi illam & publi-

(ll) Tom. 2. in Epiſt. ad Rom. Cap. XI. lib. 8. p. 592. (m) de ſpectac. p. 376.

„publicè diſcat. Ad pœnam „hominis fera rabida nutritur in „deliciis, ut ſub ſpectantium „oculis crudelius inſaniat; e„rudit artifex belluam, quæ „clementior fortaſſe fuiſſet, ſi „non illam magiſter crudelius „ſævire docuiſſet. Atque alibi (n) non inelegantiori dolore atque indignatione: *Paratur gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium luminum ſangvis oblectat. Impletur in ſuccum cibis fortioribus corpus, & arvinæ toris membrorum moles robuſta pingveſcit, ut ſaginatus in pœnam carius pereat. Homo occiditur in hominis voluptatem, & ut quis poſſit occidere, peritia eſt, uſus eſt, ars eſt: ſcelus non tantum geritur, ſed & docetur. Quid poteſt inhumanius, quid acerbius dici? diſciplina eſt, ut perimere quis poſſit: & gloria*

(n) Ep. 1. (2. Ep. 2.)

rius eſt, quod perimit. Quid illud, oro te, quale eſt, ubi ſe feris objiciunt, quos nemo damnavit? ætate integra, honeſtâ ſatis formâ, veſte pretioſa, viventes juvenes in ultroneum funus ornantur, malis ſuis miſeri gloriantur: pugnant ad beſtias, non crimine ſed furore. Spectant filios ſuos patres. Frater in cavea eſt, & ſoror præſto eſt. Et ſpectaculi licet pretium largior muneris apparatus amplificet, ut mœroribus ſuis mater interſit. Hoc proh dolor mater redimit; & in tam impiis ſpectaculis, tamque diris & funeſtis eſſe ſe non putant oculis parricidæ. Inde ad Theatralem improbitatem tranſitum faciens: *Converte hinc vultus ad diverſa ſpectaculi non minus pœnitenda contagia: in theatris quoque conſpicies, quod tibi & dolori ſit, & pudori. Cothurnus eſt tragicus, priſca facinora carmine recenſere:* de-

de parricidis & inceſtis horror antiquus expreſſa ad imaginem veritatis actione replicatur, ne ſeculis transeuntibus exoleſcat, quod aliquando commiſſum eſt. Admonetur ætas omnis auditu, fieri poſſe, quod factum eſt. Nunquam ævi ſenio delicta moriuntur, nunquam temporibus crimen obruitur, nunquam ſcelus oblivione ſepelitur. Exempla fiunt, quæ eſſe jam facinora deſiſterunt. Tum delectat in mimis, turpitudinum magiſterio, vel quid domi gesserit recognoſcere, vel quid gerere poſſit, audire. Adulterium diſcitur, dum videtur; & lenocinante ad vitia publicæ auctoritatis malo, quæ pudica fortaſſe ad ſpectaculum matrona proceſſerat, de ſpectaculo revertitur impudica, Qui iterum alio loco conqueſtus primùm, quamvis nulli hominum aut generi, aut profesſioni, parcat theatralis protervia; ab omnibus tamen ſpectacula

ctacula frequentari, communi ſeſe dedecore delectantibus, *Concurritur in illud pudoris publici lupanarium, ad obſcenitatis magiſterium, ne quid ſecreto minus agatur, quàm quod in publico diſcitur; & inter ipſas leges docetur, quicquid legibus interdicitur.* Idque quantum à ſanctimonia hominis Chriſtum profeſſi alienum ſit, propius indicans: *Quid inter hæc Chriſtianus fidelis facit, cui vitia non licet nec cogitare? quid oblectatur ſimulacris libidinis, ut in ipſis depoſitâ verecundiâ audacior fiat ad crimina? Diſcit facere, dum conſveſcit videre.* Et paulo poſt. *Commovetur civitas tota, ut deſaltentur fabuloſæ antiquitatum libidines. Ita amatur, quicquid non licet, ut quæ etiam ætas abſconderat, ſub oculorum memoriam reducantur; non eſt libidi-*

ni

mi ſatis, malis ſuis uti præſenti-bus, niſi ſuum de ſpectaculo faciat, in quo etiam ſuperior ætas erra-verat. Atque hinc ſuos, quid facto opus, rurſum commone-faciens: *Fugienda ſunt ita Chri-ſtianis fidelibus, tam vana, tam perniciosa, tam ſacrilega ſpecta-cula & oculi noſtri ſunt, & aures cuſtodiendæ, cito in hoc asſveſci-mus, quod audimus, ſcelere. Nam cùm mens hominis ad vitia ipſa ducatur; ſibi quid faciet, ſi habuerit exempla naturæ corpo-ris lubricæ? quæ ſponte corruit, quid faciet, ſi fuerit impulſa? A-vocandus eſt animus ab iſtis.* Et Chriſtianos ad pulchriora at-que meliora ſpectacula, ſi o-mnino ſpectaculis carere mo-leſtium ſit, revocant. *Habet Chriſtianus ſpectacula meliora, ſi velit; habet veras, & profuturas voluptates, ſi ſe recollegerit: & ut*

omit-

omittam illam, quæ nondum contemplari poteſt, habet iſtam mundi pulchritudinem, quam videat, atque miretur; ſolis ortum aſpiciat, rurſus occaſum, mutuis vicibus dies, noctesque revocantem; globum lunæ, temporum curſus incrementis ſuis, decrementisque ſignantem, aſtrorum micantium choros, & à ſummo de ſumma mobilitate fulgentes; anni totius per vices membra diviſa, & dies ipſos cum noctibus per horarum ſpatia digeſtos; & terræ molem libratam cum montibus, & proflua flumina cum ſuis fontibus; extenſa maria cum ſuis fluctibus, atque littoribus: Interim conſtantem pariter ſumma conſpiratione nexibusque concordiæ; extenſum aërem mediam, tenuitate ſua cuncta vegetantem, nunc imbres contractis nubibus profundentem, nunc ſerenitatem refecta

ra-

raritate revocantem; & in omnibus iſtis incolas proprios, in aëre avem, in aquis piſcem, & in terra hominem, hæc inquam, & alia opera divina, ſint Chriſtianis fidelibus ſpectacula. Atque iſta cum humanis ſpectaculis contendens, & quantum iſta his antecellunt, oſtenſurus: *Quod theatrum humanis manibus exſtructum iſtis operibus poterit comparari? magnis licet lapidum molibus exſtruatur, cruſta ſunt montium; & auro licet tecta lacunaria reluceant; aſtrorum fulgore vincentur: nunquam humana opera mirabitur, quisquis ſe cognoverit filium Dei. Dejicit ſe de culmine generoſitatis ſuæ, qui admirari aliquid poſt Deum poteſt.* Et tandem, quàm egregia ſint, quæ in ſacris literis ſpectanda ſuis Numen exhibeat, advertens: *Scripturis ſa-*

cris incumbat Chriſtianus fidelis; ibi inveniet condigna fidei ſpectacula. Videbit inſtituentem Deum mundum ſuum, & cum cœteris animalibus hominis illam admirabilem fabricam melioremque facientem: ſpectabit mundum in delictis ſuis: juſta naufragia, piorum præmia, impiorumque ſupplicia, maria populo ſiccata; & de petra rurſus populo maria porrecta: ſpectabit de cœlo deſcendentes meſſes, non ex areis: inſpiciet flumina tranſitus ſiccos refrenatis aquarum agminibus exhibentia: videbit in quibusdam fidem cum igne luctantem; religione ſuperatas feras, & in manſuetudinem converſas: intuebitur & animas ab ipſa morte revocatas: conſiderabit etiam de ſepulchris admirabiles ipſorum conſummatorum jam vitas corporum redactas: & in

in his omnibus jam majus videbit ſpectaculum, diabolum illum, qui totum detriumphaverat mundum, ſub pedibus Chriſti jacentem. Quæ quamvis aliquantum prolixiora, haud tamen omittenda putavimus, ætati noſtræ, quâ non leviori ferè talium ludorum, (*Operas* appellant, ad fabuloſæ vetuſtatis formam compoſitas,) cupido eſt, haud minus neceſſaria, & ſi non commendanda utilitate (neq; enim ideò ſuæ juxta ſaluti, atque calamitati publicæ, qua nunc urgetur, ad occaſum vergens Germania, illudere omittent noſtrates,) elegantiâ ſaltem ſuâ jucunda. Neq; Tertulliano, Origene, Cypriano ſegniores in compeſcenda iſta ludorum frequentandorum cupiditate, eorumque improbitate explicanda ſeqvuti ævi ſacri aut li-
 terati

terati ordinis Proceres ſeſe præbuere. Apud Minucium Felicem Octavius Chriſtianus Cæcilio Gentili Chriſtianis exprobranti, quòd non ſpectacula viſerent, *Nos igitur* (reſpondet) *qui moribus & pudore cenſemur, meritò malis voluptatibus, & pompis veſtris & ſpectaculis abſtinemus, quorum noxia blandimenta damnamus. Nam in ludis Curulibus quis non horreat populi in ſe rixantis inſaniam? in gladiatoriis homicidii diſciplinam? in ſcenis etiam non minor furor, turpitudo prolixior. Nunc enim mimus vel exponit adulteria vel monſtrat, nunc enervis hiſtrio amorem, dum fingit, infligit.*

Locus Minucii Felicis de factionibus Spectatorũ illuſtratus.

XI. Vbi, ut hoc obiter adnotemus, quod de inſania populi ludis curulibus inter ſe tumultuantis Minucius dicit, ad

fa-

factiones atque ſtudia pertinet Spectatorum, in quadrigarios (Circo enim quadrigis certabatur, in honorem ſolis, cui quadrigas commentis Poëtarum adſignatas in vulgus notum eſt,) albo, cæruleo, viridi rufoque colore diſtinctos, de quibus præter laudatos à Demſtero Auctores Martialis, (o) falſi arguens, qui Praſinæ factioni invidentes non ſua virtute ſed gratiâ Neronis, Praſinos præcipuo favore, dum viveret, proſecuti, eam viciſſe, obſtrepebant; non minus quippe poſt mortem Neronis palmam referre ſolitam, manifeſto ſatis argumento, artis eam atque virtutis non favoris fuiſſe victoriam:

(o) XI. Epigr. 34. Epigr. 131.

Sæpius ad palmam Praſinus poſt fata Neronis
Pervenit, & victor præmia plura refert.
I nunc livor edax: dicite ceſſiſſe Neroni:
Vicit nimirum, non Nero, ſed Praſinus.

Qui etiam alibi: (p)

Si Veneto, Praſin ove faves, quid coccina ſumis?
Ne fias iſta transfuga ſorte, vide.

Vbi Th. Farnabius adnotat, Spectatores, cui factioni faverent, conſimili colore teſtatos fuiſſe; Hortari igitur Martialem ne à factione ſua velut transfugam ageret coccino ſumpto, qui Venetæ ſive cæruleæ Praſinæve parti faviſſet. Tertullianus (pp) hujus inſtituti

(p) 14. Epigr. 131. (pp) de ſpectac. Cap. 9.

tuti originem atque rationes referens: Talibus auctoribus (Acrophilo Argivo apud Græcos, Romulo apud Romanos,) quadrigæ productæ, merito & aurigis coloribus idololatriam veſtierunt, & ab initio duo ſoli fuerunt, albus & ruſſeus: Albus hyemi ob nives candidas: ruſſeus æſtati, ob ſolis ruborem voti erant. Sed poſtea, tam voluptate quàm ſuperſtitione provecta, ruſſeum alii Marti, alii album Zephyris conſecraverunt; Praſinum verò terræ matri, vel verno: Venetum cœlo & mari, vel autumno. Lactantius: *Si* (q) *unum colorem Circo dederis, nemo ſpectandum putabit, ſublata omni Circenſium voluptate. Quos profectò qui primus inſtituit, amator unius coloris fuit, ſed alterum*

(q) divin. Inſtit. VI. 20.

ei, quaſi æmulum poſuit, ut poſſ[it] eſſe certamen, & aliqua in ſpectaculo gratia. Gregorius Nazianzenus: (r) *Videtis hos, qui in curſibus equeſtribus ſtudium atque operam poſuerunt, qui à coloribus nominantur, atque à partibus, quibus aggregati ſunt.* Quam ſpectatorum in partes, quibus favebant, intemperantiam irridens Lactantius, (s) poſt perſtrictam gladiatorii ludi crudelitatem, Mimorumq; ac hiſtrionum proterviam, *Circenſium quoq; ludorum ratio quid aliud habet, niſi levitatem, vanitatem, inſaniam? Tanto namque impetu concitantur animi in furorem, quanto illinc impetu curritur, ut jam plus ſpectaculi exhibeant, qui ſpectandi gratiâ veniunt,*

(r) Orat. 36. in illud: Qvum conſummaſſet. ubi Jac. Bilt. (s) d. l.

niunt, cùm exclamari, & offerri, & exilire cœperint. Cui ſimilem animorum affectuumque intemperiem etiam apud nos in commiſſuris gladiatorum noſtrorum deprehendere licet in ſpectatoribus, ipſis ſedilibus ſtudia in partes, quibus à Penna atque Marco nomina impoſuere, profesſis, amore odiove iſtorum proprias quandoque invicem in pugnas ruentibus. Miratur etiam irridetque ſtrorum veſaniam Plinius, (t) atque tot millia virorum tam pueriliter identidem cupientium currentes equos, inſiſtentes curribus homines, videre; Qui ſi aut velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, tunc non nullam oblectationis rationem habituri eſſent: *Nunc* (ita Plinius) *favent panno, pan-*

(t) 9. Epiſt. 6.

num amant: Et ſi in ipſo curſu medioque certamine, hic color illuc, ille huc transferatur, ſtudium favorque transibit, & repentè agitatores illos equos illos, quos procul noſcitant, quorum clamitant, nomina relinquent. Tanta gratiâ, tanta auctoritas in unâ viliſſimâ tunica.

Continuatio ſcriptorum Eccleſiæ contra ſpectacula.

XII. Ceterum ut eò, unde paulum digreſſi ſumus, revertamur, Lactantius, ſpectaculorum cujusvis generis improbitatem prolixè inſectans, *Quæ*, inquit, *quoniam maxima ſunt irritamenta vitiorum, & ad corrumpendos animos potentiſſimè valent, tollenda ſunt nobis: quia non modò ad beatam vitam nihil conferunt, ſed etiam plurimum nocent.* Atque inde ludorum genera, & quid in quoque maximè vitioſum perſtringens, de arenæ ſive gladiatorii ludi

ludi immanitate exorſus: *Qui hominem, quamvis ob merita damnatum in conſpectu ſuo jugulari pro voluptate computat; conſcientiam ſuam polluit; tam ſcilicet quàm ſi homicidii; quod ſit occultè, ſpectator, & particeps ſiat. Hos tamen ludos vocant, in quibus humanus ſangvis effunditur. Adeò longè ab hominibus ſecesſit humanitas; ut cùm animas hominum interficiant, ludere ſe opinentur, nocentiores iis omnibus, quorum ſangvinem voluptati habent* Quæ quàm peſſimè conveniant homini cuicunque probo præſertim Chriſtiano, ita oſtendens, ut incompoſitos animorum corporumque inſpectatoribus motus in tabula velut expreſſos „proponat. (u) Quæro nunc, „an poſſint pii & juſti homines

(u) Lib. 6. Cap. 20.

„ſe, qui conſtitutos ſub ictu
„mortis ac miſericordiam de-
„precantes, non tantum pa-
„tiuntur occidi, ſed efflagitant;
„feruntque ad mortem crude-
„lia & inhumana ſuffragia, nec
„vulneribus ſatiati, nec cruore
„contenti, quin etiam percus-
„ſos jacentesque, repeti jubent,
„& cadavera ictibus disſipari;
„ne quis illos ſimulata morte
„deludat. Iraſcuntur etiam pu-
„gnantibus, niſi celeriter è duo-
„bus alter occiſus eſt; & tanquā
„humanum ſangvinem ſitiant,
„oderunt moras. Alios illis
„compares dari poſſunt re-
„centiores, ut quam primum
„oculos ſuos ſatient. Hac
„conſvetudine imbuti, huma-
„nitatem perdiderunt. Itaque
„non parcunt etiam innocen-
„tibus; ſed exercent in omnes,
„quod in malorum trucida-
tione

„tione didicerunt. Hujus „igitur publici homicidii ſo„cios, & participes eſſe non„convenit eos, qui juſtitiæ „viam tenere nituntur. Hinc ad exponendam ſcenarum impunitatem progrediens: *Hiſtrionum quoque impudiciſſimi motus, quid aliud niſi libidines docent, & inſtigant? Quid de mimis loquar, corruptelarum præferentibus diſciplinam? qui docent adulteria, dum fingunt, & ſimulatis erudiunt ad vera. Quid juvenes aut virgines faciant, cùm hoc fieri ſine pudore, & ſpectari libenter ab omnibus cernunt? Admonentur, quid poſſunt facere, & inflammantur libidine, quæ aſpectu maximè concitatur; ac ſe quiſq; pro ſexu in illis imaginibus præfigurat: probantque illa, dum vident, & adhærentibus vitiis corruptiores ad cubicula re-*

ver-

vertuntur. Baſilio M. (x) orcheſtra ſpectaculis protervis abundans, communis & publicus locus eſt ad diſcendam petulantiam his, qui in ea conſident: Hieronymus: (y) *Habeat ſibi Roma ſuos tumultus, Arena ſæviat, Circus inſaniat, Theatra luxurient.* Atque inter alia Hilarionis præconia; (z) *Non Circi furoribus, non arenæ ſanguine, non theatri luxuriâ delectabatur.* Qui etiam (a) alibi luxuriam theatralem, Amphitheatri crudelitatem, & Circi furores, eodem tenore conjungit, alludens: *Repertum eſt facinus, quod nec mimus fingere, nec ſcurra ludere, nec Atellanus*

pes-

(x) Hexaëm. Homil. IV. princ. (y) ad Marcell. Invit. ad Rus Bethlehemit. (z) in vit. Hilarion. (a) in Eſai. XVII, 12.

poſſit affari. Auguſtinus (b) juventutis ſuæ labem agnoſcens, *Veniebamus nos etiam aliquando adoleſcentes ad ſpectacula ludibriaq; ſacrilegiorum: ſpectabamus arreptitios,* (ſive mulieres in Feſto Liberi Patris bacchantes, ſive ſacerdotes Berecynthiæ, Deûm, uti credebatur, martis, in ſacris ejus inſaniam ſeu exercentes ſeu ſimulantes,) *audiebamus Symphoniacos ludis turpiſſimis, qui Diis Deabusque exhibebantur: oblectabantur cœleſti virgini & Berecynthiæ matri Deorum omnium. Ante cujus lecticam die ſolenni lavationis ejus talia per publicum cantitabantur à nequisſimis ſcenicis, qualia non dico matrem Deorum, ſed matrem qualiumcunque ſenatorum, vel quorumlibet*

(b) Auguſtin. de C. D. II. 4. add. c. 5. & ſeqq.

bet honeſtorum virorum, imò verò qualia nec matrem ipſorum ſcenicorum deceret audire. Habet enim quiddam erga parentes humana verecundia, quod nec ipſa nequitia poſſit auferre. Illam proinde turpitudinem obſcenorum dictorum atque factorum ſcenicos ipſos domi ſuæ coram matribus ſuis agere puderet, quam per publicum agebant coram Deorum matre, ſpectante & audiente utriusque ſexus frequentiſſima multitudine. Quæ ſi illecta curioſitate adeſſe potuit circumfuſa: ſaltem offenſa caſtitate debuit abire confuſa. Atque alibi, (c) in gladiatorios maximè atque Circenſes ludos, ita quidem invehens, ut plus ſpectatoribus, ac miſeris iſtis ludionibus ſuccenſeat: *Studiis autem*

(c) Tom. IV. de rudib. catechizand. c. 16.

tem ſpectaculorum fiunt dæmonibus ſimiles, clamoribus ſuis incitando homines, ut ſe invicem cædant, ſecumque habeant contentioſa certamina, (en hîc quoque gladiatores noſtros ad paria compoſitos!) *qui ſe non læſerunt, dum placere inſano populo cupiunt: quos ſi animadverterint eſſe concordes, tunc eos oderunt & perſeqvuntur, tanquam colluſores, ut fuſtibus verberentur, exclamant: -- ſi autem horrendas adverſus invicem inimicitias eos exercere cognoverint, ſive ſint qui appellantur, ſive & thymelici, ſive aurigæ, ſive venatores. quos miſeros non ſolum homines cum hominibus, ſed etiam homines cum beſtiis in certamen pugnamque committunt. Quo majore adverſus invicem diſcordia furere ſenſerint, eo magis amant & delectantur, & incitati favent, & faventes incitant, plus adverſus*

verſus ſe ipſos inſanientes ipſi ſpectatores, alter pro altero, quàm illi, quorum inſaniam inſani provocant, & inſaniendo ſpectare deſiderant. (d) Prudentius:

Reſpice terrifici ſcelerata ſacraria Ditis,
Cui cadit infauſtâ fuſus gladiator barenâ;
Heu malè luſtratæ Phlegetontia victima Romæ!
Nam quid veſani ſibi vult ars impia ludi?
Quid mortes juvenum? quid ſanguine paſta voluptas?
Quid pulvis caveæ ſemper funebris & illa
Amphitheatralis ſpectacula triſtia Pompæ?
Nempe Charon jugulis miſerorum ſeduce dignas
Accipit inferias, placatus crimine ſacro.

Atque

(d) Lib. I. cont. Symmach.

Atque elegantiſſimo compendio cuncta hæc complexus Salvianus (e) horum intolerantiſſimus, atque in accuſandis acerrimus: *Quicquid immunditiarum eſt, hoc exercetur in theatris, quicquid luxuriarum, in palæſtris. Quicquid immoderationis, in Circis, quicquid furoris, in caveis. Alibi eſt impudicitia, alibi laſcivia alibi intemperantia, alibi inſania.*

XIII. Neque voluptatis tantum profanæ improbæque nomine ſpectacula iſta ab oculis animisq; ſuorum remota Chriſtiani voluere; Idololatriæ inſuper labe inviſa, ſuperſtitionis non origine tantum, ſed & titulis, apparatu omnibusque ſuis ceremoniis rea. Egregiè id oſtendit Tertullianus, (f) at plu-

Spectacula à Chriſtianis maximè propter Idololatriã damnata.

(e) de Provid. Lib. VI. Bibl. P. P. Tom. III. Col. 312. 313. (f) de ſpectac.

pluribus, quàm ut referre liceat. Summa tantùm capita breviſſimo compendio recenſuiſſe, ſufficiet. Et quidem (g) ludos religionis causâ Tarpejos nempe atque Capitolinos Jovis Feretrii, Liberalia Liberi Patris, Conſualia Neptuni, Equitia Martis, alia aliorum honori decretos atque inſtitutos fuiſſe; Simulacris, (h) ſacris, ſacerdotiis interpolata, cuncta ſplendida ſaltem cenſu criminis ſui, ipſis etiam locis, (i) quibus celebrentur, Soli, Veneri, talibusque conſecratis funeſta, ipſaque voce, (k) modis, organis, lyrisque Apollini, Muſis, Minervæ, Mercurioque, quibus iſta ſe debere putent homines, veſaniæ obnoxia. Atque hac etiam ratione peſ-

ſimæ

(g) Cap. 5. 6. (h) Cap. 7. (i) C. 8. (k) C. 13.

ſimæ rei odium apud ſuas conciliaturus, Cyprianus: (l) *Omnia ſpectaculorum genera damnavit*, (Scriptura Sacra) *quando idololatriam ſuſtulit, ludorum omnium matrem; unde hæc vanitatis & levitatis monſtra venerunt. Quod enim ſpectaculum ſine idolo, quis ludus ſine ſacrificio? quod certamen non conſecratum mortuo? Quid inter hæc Chriſtianus fidelis facit ſi idololatriam fugit, quid loquitur? qui jam ſancto ſit, de rebus criminoſis voluptatem capit? Quid contra Deum ſuperſtitiones probat, quas amat, dum ſpectat? Cœterum ſciat hæc omnia inventa dæmoniorum eſſe, non Dei. Imprudenter in Eccleſia dæmonia exercizat, quorum voluptates in ſpectaculis laudat.* Et paulo poſt, ſimul etiam calliditatem improbi Spiritûs notans, Idololatriæ, ne minus jucunda hominibus eſſet,

(l) de Spectac.

ſet, voluptatem ſociam adjungentis: *Idololatria ludorum omnium mater eſt; quæ ut ad ſe Chriſtiani fideles veniant, blanditur illis per oculorum, & aurium voluptatem. Romulus Conſo quaſi conſilii Deo ob rapiendas Sabinas Circenſes primus conſecravit. Cæterum reliqui, dum urbem fames occupaſſet, ad advocationem populi acquiſiti ſunt ludi ſcenici, & Cereri & Libero dicati poſtmodum, reliquiſque idolis, & mortuis.* Atque hæc de Romanorum ſpectaculis. Inde ad Græcos non leviori inſaniâ laborantes converſus: *Græca illa certamina, vel in cantibus vel in fidibus vel in vocibus, vel in viribus, præſides ſuos habent varia dæmonia, & quicquid eſt aliud, quod ſpectantium aut oculos movet aut delinit aures; ſi cum origine ſua & inſtitutione quæratur, cauſam præfert aut idolum aut dæmonium, aut mortuum.*

XIV.

XIV. Et verò cùm recepto dudum, noſtris quoque Eccleſiis retento more, Satanæ ejusque operibus profeſſis verbis renuncient, quicunque ſalutari aquâ Eccleſiæ aggregari cupiunt, hanc etiam ſpectaculorum fœditatem ea renunciatione comprehenſam Antiſtites illius voluere. Tertullianus (m) poſtquam jam ſatis explicaverat, ad Idololatriæ originem atque incrementa pertinere, quicquid ludis iſtis ageretur, *ſi omnia* (argumentari pergit,) *propter diabolum inſtituta, & ex diaboli rebus inſtructa monſtravimus; hoc erit pompa diaboli, quam in ſignaculo fidei ejeramus. Quod autem ejeramus, neque facto neque dicto, neque viſu, neque proſpectu participare debemus. Ceterùm nonne eje-*

Ludi ad res Satanæ pertinentes, quibus in baptiſmo Chriſtiani renunciant.

(m) de ſpectac. cap. 24.

ejeramus & reſcindimus ſignaculum, reſcindendo teſtationem ejus? Numquid ergo ſuper, eſt ut ab ipſis ethnicis reſponſum flagitemus? Illi jam nobis renuncient, an liceat Chriſtianis ſpectaculo uti. Atqui hinc vel maximè intelligunt factum Chriſtianum, de repudio ſpectaculorum. Itaque negat manifeſtè, qui per quod agnoſcitur, tollit. Quid autem ſpei ſupereſt in hujusmodi homine. Nemo in caſtra hoſtium tranſit, niſi projectis armis ſuis, niſi deſtitutis ſignis & ſacramentis principis ſui. Chryſoſtomus, (n) ſeveriſſimus diſciplinæ Eccleſiaſticæ, iſta præſertim in morum parte, vindex, ſuos hoc quoque in negotio officii admonens: *Noſtis ſacris initiati, quo fœdere nobis vos adſtrinxeritis, & ut verius dicam, Chriſto, cùm vos ipſe edoceret; quid ei dixiſtis, quæ*

(n) Prolog. in Evang. Joan.

quæ ſuper ſatanæ pompâ cum eo verba habuiſtis, quo pacto ei & angelis ejus tunc abrenunciaviſtis. Atque idem alio loco (o) πομπὴ δὲ σατανικὴ ἐστι θέατρα καὶ ἱπποδρομία. *Ad pompam ſatanæ etiam pertinent theatrorum & Circenſium ludorum ſpectacula.* Atque graviſſime Salvianus: (p) *In ſpectaculis quædam Apoſtaſia fidei eſt à ſymbolis ipſius & cœleſtibus ſacramentis letalis prævaricatio. Quæ eſt enim in baptiſmo ſalutari prima confeſſio? Quæ ſcilicet, niſi ut renunciare ſe* Diabolo *& pompis ejus atque ſpectaculis & operibus proteſtentur? Ergo ſpectacula & pompæ etiam juxta noſtram profeſſionem opera ſunt Diaboli. Quo-*

(o) ad Popul. Antiochen. Homil. 21. col. 164. Theatra objectat Eutropio ſerm. in Eutrop. col. 1204. (p) d. lib. VI. col. 308. 309. Edit. 1. Tom. 5. col. 223. edit. 2.

modo ergo, ô Chriſtiane, ſpecta-cula poſt baptiſmum ſequeris, quæ opus eſſe Diaboli confiteris. Renunciaſti ſemel Diabolo & ſpectaculis ejus, ac per hoc neceſſe eſt, prudens & ſciens, dum ad ſpectacula remeas, ad Diabolum redire te cognoſcas. Utrique enim rei ſimul renunciaſti, & unum utrumque eſſe dixiſti. Si ad unum reverteris, ad utrumque remeaſti: abrenuncio enim, inquit, Diabolo, pompis, ſpectaculis & operibus ejus. Atque ceteris omnibus ad horrorem cuicunque Chriſtiano incutiendum acrius Cyprianus, (q) ipſi Soſpitatori nuncium mittere advertens, qui ad pactionem in baptiſmo ejuratam, hac ſaltem in parte rediiſſet: *Cum ſemel illi* (in felici genio) *renuncians reciſa ſit res omnis in baptiſmate; dum poſt Chriſtum ad diaboli ſpectaculum*

(q) de Spectac.

culum vadit, Chriſto tanquam diabolo renunciat.

XV. Neque ſingulorum tantum Eccleſiæ Antiſtitum Doctorumque in hanc nequitiam ſeverītas fuit. Etiam, ut merebatur, publicis ejus legibus Canonibusque proſcripta eſt; eo rigore, ut ipſo Eccleſiæ limine ingreſſuque arcerentur tales, qui artium iſtarum profeſſionem prius ejuraſſent. Patribus Concilii Eliberini (r) placuit, *ſi auriga aut mimus credere* (adeòque Eccleſiæ ſociari,) *voluerint, ut prius artibus ſuis renuncient, & tunc domum ſuſcipiantur, ita ut ulterius ad ea non revertantur. Qui ſi facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab Eccleſia.* Canone quodam (s) primi quod Are-

Eccleſiæ contra Ludiones atq; ludos iſtos decreta.

(r) Concil. Elib. Can. 62. (s) Concil. Arel. 1. Can. 4.

late habitum eſt Concilii, de agitatoribus, qui fideles ſunt, (Chriſtianis ſcilicet,) placuit, eos quamdiu agitant, à Communione ſeparari, (quod ob ſtudia & factiones inter ſpectatores, inde exoriri ſolitas ſtatutum Binius adnotat.) Idque ab iisdem (t) in eos etiam ſtatutum, qui rei thatricæ operam darent. Atque hinc Eccleſiæ inſtituta referens Epiphanius (u) inter alia theatra & ludos equeſtres commemorat. Ejusque ad diſciplinæ formam Cyprianus (x) ab Evchratio conſultus, quid ſibi videretur de hiſtrione quodam, qui in ejusdem adhuc artis ſuæ dedecore perſeverans, & magiſter Doctorque non erudiendorum

(t) Can. 5. (u) Epil. Oper. Panar. ſub fin. (x) Epiſt. 61.

dorum ſed perdendorum pue- rorum, id quod malè didicerat, docere non deſinebat; negat, majeſtati divinæ, atque Evangelicæ diſciplinæ congruere, ut pudor & honor Eccleſiæ tam turpi & infami contagione fœdetur. Neque excuſari, ſi à theatro ipſe ceſſaverit, cùm tamen hoc cæteros doceat. Non enim videri poſſe ceſſaſſe, qui vicarios ſubſtituit, & qui pro ſe uno plures ſuccedaneos ſuggerat; Neque ejusdem hominis fore, alios extra Eccleſiam docere lethalia, atq; ſalutaria in Eccleſia diſcere.

XVI. At verò, uti callida, induſtria, impudens denique ad exornandam tuendamque cauſam ſuam improbitas eſt, ita non deſuere argumenta, queis avidi talium profanam ſpectandi lubidinem excuſarent, aut ſi *Argumenta pro Ludorum ſpectandorum licentia.*

fortuna ceterorumve credulitas audaciæ faveret, defenderent. Ita nempe, referente atque confutante Tertulliano (y) argumentabantur, quibus grave eveniebat, aliquid ejusmodi de ſeculi gaudiis fructibusque amitti; Nihil obſtrepere religioni ſolatia oculorum, aurium: nec verò Deum offendi oblectatione hominis, qua ſalvo erga Deum metu & honore, ſuo in tempore & ſuo in loco frui, ſcelere careat. Quin ad obfirmandos adverſus mortis ſuppliciorumque metum, aut impatientiam animos inſtrui Chriſtianos, obnoxium hiſce calamitatibus genus, Gladiatorum puto atque Beſtiariorum conſtantiâ, ex ſacramenti ſui formula, igne, ferro, atque imparis nimis infeliciq; cum

(y) de Spectac. c. 1.

cum feris certamine pereunti-um; ac ſi hiſce exemplis moni-tive egerent, qui pro Deo mor-tem oppeterent,) omnia à Deo inſtituta, & homini attributa, utique bona omnia, ut boni auctoris: inter hæc deputari univerſa iſta, ex quibus ſpecta-cula inſtruuntur, Circum verbi gratia, & leonem, & vires corporis, & vocis ſuavitates. I-gitur neque alienum videri poſſe, neq; inimicum Dei, quod à Deo profectum, neque culto-ribus Dei vitandum, quod Dei non ſit inimicum, quia nec a-lienum. Planè & ipſas exſtru-ctiones locorum, ſaxa, cæmen-ta, marmora, columnas Dei res eſſe, quia ea ad inſtrumentum terræ dederit: ſed & ipſos actus ſub cœlo Dei tranſigi. Et fue-re, quos fides aut ſimplicior aut ſcrupuloſior deduxerat per-

puleratve; ut ad interdictum iſtud, quod adeò urgebant Antiſtites, diſciplinæ ſuæ vindices, de ſcripturis auctoritatem expoſcerent, tantùm non injuriam ſuam interpretantes, voluptate arceri, iſtis non diſertè prohibitâ. Quin reperti, qui vitiis auctoritatem leviori modo præſtare non contenti, ſpectaculorum licentiam tanquam Deo auctore, ſibi vindicarent, cenſuramque, adnotante atque conquerente Cypriano, (z) ſcripturarum cœleſtium in advocationem atque patrocinium improbitatis converterent. Aurigam Israëlis Eliam, atque Davidem arcæ divinæ præſultantem, Nabla, Æra, tympana, tibias, citharas, choros, Paulum quoque dimicantem, perpetuæque cum hoſte

(z) de Spectac. ſub pr.

hoſte noſtri generis luctæ certamen, ſtadiorum exempla, atque coronarum præmia proponentem, cuncta ex diſciplina atque apparatu Ludorum petita, jactitabant; Cur ergo, inſultantes rogitare auſi homini Chriſtiano ſpectare non liceat, quod licuerit divinis literis ſcribere?

XVII. Iſta quidem retuliſſe, ad confutandos illos nequitiæ aſſertores atque propalandam iſtorum proterviam, ſufficere poterat. Haud tamen abs re erit, quibus modis rationes iſtas Tertullianus (a) atque Cyprianus, queîs cum iſtis negotium erat, diſturbarint, pauciſſimis tamen, referre. Et quidem neminem negare aut neſcire, quod ultrò natura ſuggerat, *Refutata à Tertulliano.*

 gerat,

(a) d. c. 2.

gerat, reponebat Tertullianus, Deum eſſe univerſitatis conditorem, eamque univerſitatem tàm bonam quàm homini mancipatam. At intereſſe, qualiter adminiſtrari aut jubeat iſte aut probibeat, quæ inſtituit, atque ſimul noſſe, qui ſit æmulus ex diverſo, cujus omne in eo ſtudium, artes ſuas verſutiamque adulterandis uſibus rerum à Numine conditarum impendere. Non ergo hoc ſolum reſpiciendum eſſe, quo auctore omnia ſint inſtituta, ſed à quo in deterius converſa. Multum intereſſe inter corruptelam & integritatem, quia multum interſit inter inſtitutorem & inter polatorē. Ceterum omnes ſpecies malorum, quæ etiam Ethnici indubitatè & prohibeant & defendant, ex operibus Dei conſtare. Ferrum at-

atq; herbas res Dei eſſe, quibus tamen in hominum necem humana abutatur improbitas, Aurum, argentum, ebur, atque cetera, quæ ad fingenda ſimulacra ſuperſtitio invaſerit, quem niſi Deum auctorem habere? At hunc non aliâ magis ratione, quàm cultu talium lædi. Quid enim verò non Dei eſſe, quo non Deum offendat ingrata beneficiis divinis mortalitas? Ipſum hominem, omnium flagitiorum reum, non opus tantùm Dei, ſed & imaginem eſſe; cui tamen nihil frequentius, quàm à Conditore ſuo atque Exemplari & corpore & ſpiritu, totum nempe deſciſcere. Neq; enim oculos ad hauriendam libidinem nos accepiſſe, aut linguam ad convicia exercenda, aut aures ad ea prono adſenſu excipienda, aut

ipſam etiam mentem ad excogitandas fraudes, inſidias adornandas, quodvis denique facinus circumſpectius obeundum, munere cœleſti conceſſum eſſe; quibus omnibus divino honori, ſuæque ſaluti inſenſa ſuis bonis hominum verſutia ſedulitasque inſultet. Atque hanc criminum ſupplicii que noſtri ſummam eſſe, improbè uti rebus divina bonitate oblatis. Neque mirum eſſe, æmuli artibus homini tanta bona invidentis id effectum, ut pravo earum uſu iſtum Deo reum faceret, atque in his dominationem ſuam ipſe collocaret. Non equidem Circo, theatro nos diſertis æquè verbis, atque à cæde, adulterio, fraudibus lege divina prohibet. Attamen (jejunè quidem hîc ſatis atque frigidè Tertullianus,)

nus,) à celebritate iſta alienos nos eſſe voluiſſe, qui, præcone voluntatis ſuæ Davide, Concilio nos impiorum intereſſe vetuerit. Suo ita quidem (b) Cyprianus aliorumque malo literas divinas didiciſſe, qui ad patrocinium peſſimæ cauſæ contorſerint, verba atque exempla, ad exhortationem Evangelicæ virtutis poſita, ad vitiorum tutelam transferentes. Neque enim, ut ſpectarentur talia, iſta ſcripta eſſe, ſed ut animi noſtri acuerentur ad cupiditatem curamque rerum ſalutarium, Ethnicorum ſtudio, in rebus adeò vanis, futilibus, noxiis, tantum ſtudii, ſumptuumque ponentium. Argumentum, id eſſe virtutis excitandæ, non licentiam æmulandæ Gentilitatis, Neque Heliam, aurigam

(b) de Spectac.

iſtum Iſraëlis, quidquam patrocinari Spectaculis hiſce, qui nullo in circo cucurrerit. Et quòd David in conſpectu Dei choros egerit, nihil adjuvare Chriſtianos in theatro deſidentes. Nullo enim obſcœno motu membra diſtorquentes deſaltaſſe Græcæ libidinis fabulas. Nabla, æra, tibias, & citharas Deum ceciniſſe, non idolum. Neque ideò ſpectari illicita, Diabolo artifice ex ſanctis mutata. Præcepti loco ipſam meritò rationem haberi. Denique ſpectari prohibuiſſe ſcripturam, quidquid geri vetuerit. Omnia itaque ſpectaculorum genera damnaſſe, quando ſuſtulerit idololatriam, ludorum omnium matrem, unde hæc vanitatis & levitatis monſtra profecta ſint.

XIIX. Sperare par erat deſitura cum imperio Gentilium, principatu ad Chriſtianos translato, ſpectacula adeò melioribus Chriſtianis ſpreta atq; exoſa. At verò, ut ingenium eſt hominum, à virtute atque honeſtate proclive ad lubidinem, ita plerique quantocunque Eccleſiæ rigore haud cohibebantur, ut non ejus, quam adſvetudine corruptique animi indole hauſerant, dulcedinis opinione tangerentur fruerenturque; minori præſertim, uti non ſine cauſa credebant, Chriſtianæ ſanctitatis damno, poſtquam honorem Diis quondam celebrandis habitum ad Principum cultum publica ſive pietas ſive adulatio, atque veteri paulò tolerabilior error transtulerat retinueratve translatum, adeòque nihil jam ſuperſtitio- *Prætex pro iſta centia Tpore Impp. Chriſtianorum.*

ſtitionis, Idololatriæ, atque u-ti ſcitè Jac. Gothofredus vocat, *Ad ſacrificii* feſtivitatibus iſtis adhæreſcere videretur, quo maximè pollui exiſtimabantur, quicunque talibus intereſſent ludis, colendis Diis olim repertis dedicatisque. Quo errore etiam circumventi Arcadius atque Honorius, Impp. (c) profanos ritus jam ſalubri lege ſeſe ſubmoviſſe ita gloriântes, *ut feſtos conventus Civium & communem omnium lætitiam ſubmoveri, ne paſſuros ſeſe quidem*, edicerent. Unde, *absq. ullo ſacrificio atque ulla ſuperſtitione damnabili exhiberi populorum voluptates, ſecundum veterem conſuetudinem, exigentibus præſertim publicis votis*, decreverunt. Et minori pudore

(c) L. 4 C. de Pagan. ubi Jac. Cujac.

ſe peccabatur, cùm ipſi Imperatores Chriſtiani iſtis oblectamentis, divinique honoris imitamento ſeſe gaudere oſtenderent; obſequio inde in Principes, æmulandique amore validiori, cùm ad licentiam voluptatemque viam, qui prohibere debebant, præirent. Interdixerat equidem arenâ gladiatoribus Conſtantinus M. *cruenta iſta ſpectacula* ſibi haud placere (d) expreſſa lege teſtatus; at poſtliminio veluti reſtituta, vel ex eo apparet, quòd iis tollendis nova Theodoſii conſtitutione opus fuerit. Id qua occaſione factum refert (e) Theodoritus. Neque tamen ita aboleri potuiſſe, ut non quan-

(d) l.un.C. de Gladiat.toll. Sozom. Hiſt. Eccleſ. l. 8. P. Fab. 2. Sem.10. p.120.129. (e) Theodorit. H. E. V. 26.

quandoque repeterentur, ex Lege à Leone atque Anthemio Impp. lata (f) colligere licet, multum ſcilicet ſe præſtitiſſe ratis, ſi caviſſent, *ne die dominico obſcenis quispiam detineretur voluptatibus aut in eo quidquam ſibi vindicaret ſcena theatralis, aut Circenſe certamen, aut ferarum lachrymoſa ſpectacula;* haud adeò ægrè laturi, ſi alia tempora talibus dehoneſtarentur, modò ſacræ diei ab iſta labe immunitas eſſet. Præſertim extra gladiatorios ceteri fere ludi publica Principum authoritate adſenſuve manſere. Teſtantur id leges, non uno à Cæſare latæ, ita tamen, quæ compilatorum prudentia fuit, in ordinem redactæ, ut ſcenicos, aliorumque ludorum à quibus iſti morum improbitate pro-

(f) l. ult. C. de fer.

proximè aberant, ſociaverint. Valens, Gratianus, & Valentinianus AAA. *non ſeſe invidere, ſed cohortari potius* profitentur, (g) *amplectenda felicis populi ſtudia, Gymnici ut agonis ſpectacula reformentur; optimatibus præſertim*, populi gratiam hiſce delinimentis ambientibus permittentes, ut integra voluntas ſit, quæ volentium celebretur impenſis. Iidem, quos modo diximus, Gratianus & Valentinianus, atque horum imperii ſocius Theodoſius, (h) Eos, qui agitandi munus exercent, nullis præter Circenſe certamen (ſi ſcilicet in ipſo ludo deliquerint,) adfici voluere ſuppliciis; tanta etiam ejus rei curâ, ut quisquis equos, quos vel ipſi Prin-

---

(a) l. 1. C. de ſpectac. & ſcen.
(h) l. 2. C. eod. ubi Brunnemann.

Principes vel ordinarii Coſules tribuerint voluptatibus, ad commodum compendiumque privatum abduxiſſent, unius libræ auri mulctâ afficiendos (i) ſtatuerent. Et verò de Valentiniano id ita fatetur (k) Ambroſius, oratione, qua ſorores Valentiniani ſuper obitu ipſius mœſtas ſoletur, ut ad meliorem mentem, antequam vitâ deceſſerat, rediiſſe prædicet; *Ferebatur*, inquiens, *primò ludis Circenſibus delectari, ſic iſtud abſterſit, ut ne ſolennibus quidem Principum natalibus vel imperialis honoris gratiâ, Circenſes putaret eſſe celebrandos.* Et ne res Circi quid detrimenti uſpiam acciperet, jam ante iſtos Conſtantius, & Conſtans Impp. ordinem civitatis Ædeſenæ

(i) l. 3. C. eod. (k) de Obit. Valentinian. p. 6.

næ (l) juſſerunt Circenſium, magiſtratus deſertores ad eam neceſſitatem conditionis urgeri, ut quaſcunque pro his expenſas civitas prærogaverit, refundere protinus ac repræſentare cogantur. Ejusque rei plura apud Eccleſiaſticos Scriptores, (m) Cæſarumque legibus (n) veſtigia extant; quæ huc adferre, nimis longum fuerat. Egregium Salviani locum omittere nefas foret, quo lu-

(l) l. 20. C. de decur.

(m) apud Ruffin. H. E. II. 8. Socr. H. E. V. 25. VI. 16. VII. 22. 23. Sozom. VII. ult. VIII. 20. Orat. fun. de obit. Theodoſ. Tom. III. p. 59. Lib. V. Ep. 28. (n) l. ult. C. de fund. patrim. ubi Cujac. & l. 5. de div. præd. urb. l. un. C. de Majuma ubi Cujac. & ad C. Theodoſ. XV. 6. 1. Gothofr. Add. Pamet. in Tertull. de ſpectac. n. 1.

ludos à Conſulibus Magiſtratum ineuntibus dari ſolitos inſectans, atq; hinc quoq; publicarum calamitatum cauſam arceſſens: *Et cùm hæc omnia ipſi agant, qui annis nomina tribuunt, & à quibus anni ipſi exordium ſumunt, credimus nobis benè annos poſſe procedere, qui à rebus omnibus potius, quàm à Deo ordiantur. Atque utinam ſicut hæc propter conſules tantum fiunt, ita illos tantum inceſtarent, propter quos fiunt. Illud eſt feraliſſimum & graviſſimum, quòd cum conſenſu publico aguntur; honor pauciſſimorum fit crimen omnium: ac ſi ex ſingulis bini inaugurentur, propè eſt, ut in omni mundo nullus evadat.*

A Doctoribus iſtius ævi refutatus atq; objurgatus.

XIX. Atque hinc tantæ Antiſtitum Eccleſiæ in homines ſui quoque ævi iræ, querimoniæ, objurgationes, atque minæ,

næ, ne hiſce quidem ita compeſcendos, quin ad vetita Eccleſiæque adeò inviſa revolverentur, de iſtius indignatione non ita multum ſolliciti, modò à Principum legumque metu liberi degerent. Quale nimirum Vulgus eſſe ſolet cupiens voluptatum; & ſi eodem Princeps trahat, lætum. Gregorius Nazianzenus, * Joviniani, Valentinianorum, Valentis, Gratiani, atq; Theodoſii tempora ſua ætate complexus, Conſtantinopolitanos, quorum tum Præſulem agebat, ſuæ in ſpectacula lubidinis increpat, ludos equeſtres, theatra, Circum, tàm inſano ſectantes ſtudio, ut hæc vitæ loco ducant, & Vrbs Vrbium princeps nihil ſit aliud, quàm Urbs ludentium, quam inprimis exemplum

* Orat. XII. de ſe ipſo in fin.

emplum virtutum omnium, ceteris etiam præbere decuerat; Qui etiam paulo ante perſtrinxerat hominum imprudentiam, quêis in ipſo non aliud fermè displiceret, quàm, quod non theatri amœnitate, delectaretur; veriti nempe, ne talibus adſuetos ad duriora vertere auderet Præſul auſterior, atque ad gravitatem ludicra iſta averſantem compoſitus. Pleni horum queſtuum Chryſoſtomi de auditoribus ſuis,(Antiochenis maximè, ut videtur, apud quos peculiaris Syriarchæ, munus, * & qui hoc obibant, Syriarchæ, ferarum videlicet munerumque editoris fuere,) quos ad populum habuit ſermones, interminati aliquan-

* Sac. Gothofr. de interdict. Chriſtian. cum Gentil. Commun. p. 28. & ſeqq.

liquando, (o) aditu Eccleſiæ ſeſe prohibiturum, quicunque quam religioni debeat ſanctitatem, ſpectaculorum fœditate temerare pergeret, neque ſe quieturum prius, quoad usque diabolicum iſtud, de quo maximè queritur, (in cujus piſcina meretrices nudas ſeſe natando conſpiciendas præbebant,) theatrum diſturbaſſet, Eccleſiæque cœtum purum ab hac labe reddidiſſet. Prolixius fuerit, quàm inſtitutò aut decori congrueret, quæ hanc in rem obſervavimus, Chryſoſtomi loca afferre. Aliquot tan-

(o) Chryſoſt. ad Popul. Antioch. homil. 15. ſub pr. Tom. 5. Col. 113. 117. homil. 17. Col. 131. ubi de orcheſtra atque circo ob ſeditionem dejectasque Theodoſii ſtatuas Antiochiæ obſtructis gratulatur.

tùm adnotaſſe ſufficiet. Ita, nempe Chryſoſtomus (p) ſuos quantum poterat à talibus cohibens: (ipſe quidem (pp) juvenis adhuc ſcenæ oblectamenta impensè ſectatus.) Non „eſt noſtrum aſſiduè ridere, re„ſolvi cachinis, molliri deli„ciis: Sed eorum potius, & „earum quæ ſpectantur in „theatris, quæ in lupanaribus „inquinantur, eorum qui ad „hoc ſunt facti paraſitorum, „& adulatorum. Non eſt in„quam, hoc eorum, qui ad æ„ternum regnum vocati ſunt, „quique in cœleſti illa civitate „conſcripti; non eſt ſpiritualia „geſtantium arma. Quod „certè proprium eſt diabolo „militantium. Ille enim eſt il-

(p) in Matth. Homil. 6. Tom. 2. col. 54. 55. (pp) de Sacerdot. lib. I. ſub pr.

„ille, qui etiam in artem jocos
„ludosque digeſſit, ut per hæc
„ad ſe traheret milites Chriſti
„virtutisque eorum nervos fa-
„ceret molliores. Propterea,
„in urbibus etiam theatra con-
„ſtruxit, & illos riſuum ac tur-
„pium voluptatum incentores
„paravit, & per illorum luem
„in univerſam urbem talem ex-
„citat peſtem. Quæ nos fu-
„gere beatus præcipit Paulus,
„ſvadens ut & ſtultitiam &
„ſcurrilitatem à nobis longius
„repellamus: Ex quibus riſus
„multo pernicioſior eſt, multo-
„que deterior. Quando enim
„mimi illi atque ridiculi, blas-
„phemum ac turpe quid dixe-
„runt, tunc potiſſimum quique
„ſtolidiores ſolvuntur in riſum:
„inde applaudentes magis, un-
„de etiam illos lapidibus exagi-
„tare debuerant, qui fornacem

 ignis

„ignis horribilis ex hujusmodi „voluptate in ſuum ipſorum „caput ſuccendunt. Qui enim „laudant iſta dicentes, ipſi eis „hæc exercere perſvadent & „idcirco ipſi potius propter „hæc merentur ſubire, quod ob „iſta ſancitum eſt ſupplicium. „Si enim nullus eſſet talium „ſpectator ac fautor, nec es- „ſent quidem, qui aut dicere „illa, aut agere curarent. Quan- „do verò vos cernunt & artes „proprias, & ipſa exercendi „quotidiani operis loca, & il- „lum, quem ex his paratis „quæſtum, & prorſus omnia „ſimul vaniſſimi illius ſpecta- „culi amore deſerere: avidiori „& illi ad hæc intentione rapi- „untur, ſtudiumque his majus „impendunt. Et paucis in- terjectis domeſticæ labis pe- riculum inde oſtendens: Qui- „bus jam igitur oculis domi con-

„conjugem cernes, quam ibi in
„perſona alterius tantæ vidiſti
„injuriæ ſubjacere? Quomo-
„dò autem non rubore ſuffun-
„deris, quoties uxoris recor-
„daris, quando eundem ſe-
„xum tam fœdè ibi videris pu-
„blicatum? Neque verò iſtud
„mihi opponas, quæ jam quic-
„quid ibi fit, ſimulatio & fictum
„argumentum ſit, non etiam
„veritas rerum. Etenim ſi-
„mulatio iſta plurimos adulte-
„ros fecit, & multas domos
„ſubvertit. Proptereaque ma-
„ximè gemo, quòd tam gran-
„de malum hoc, malum eſſe
„non creditur: Sed quod eſt
„multo deterrimum, & favor,
„& clamor, & plauſus adhibe-
„tur & riſus, cùm in commu-
„nem perniciem adulterium
„tam turpe committitur.
„Quid ergo ais, ſimulatio eſt
„illa, non crimen? Et propter-

„ea mille illi mortibus digni „ſunt: quoniam quæ fugere „cunctæ prorſus imperant le-„ges, ea iſti non verentur imi-„tari. Si enim adulterium „malum eſt, malum eſt ſine „dubio ejus imitatio. Et non-„dum dico, quantos adulte-„ros faciant, qui hujusmodi „adulteria hiſtrionica ſimula-„tione repræſentant, quemad-„modum etiam impudentes „horum ſpectatores efficiant. „Nihil quippe obſcœnius illo „oculo, nihilque laſcivius, qui „ſpectare talia patienter pot-„eſt ne dicam libenter. Atque idem (q) theatri mala egregio verborum compendio comple-xus: *In theatro riſus, turpitudo, pompa diabolica, effuſio, inſum-ptio temporis, & expenſio dierum* *mu-*

(q) in Act. Apoſt. Homil. 42. Tom. 3. col. 627.

inutilis, concupiſcentiæ abſurdæ præparatio, meditatio adulterii, ſcortationis gymnaſium, intemperantiæ ſchola, adhortatio turpitudinis, occaſio riſus, turpitudinis exempla : Denique, Chryſoſtomo judice. *Magna mala theatra efficiunt civitatibus, magna, & neque hoc ſcimus quin magna.* Plura ex Chryſoſtomo eandem in ſententiam referre animus erat, ne quidem iſtis forſan, qui ludis iſtis delectantur, ingrata. At gravitatis etiam nobis habenda ratio erat. Officio noſtro ſatis nobis defungi viſis, ſi plura cupientes indicio (r) juvaremus.

(r) Chryſoſt. Proëm. in Eſai. in Matth. Homil. 7. & 38. in Joann. Homil. 31. ſub fin. Homil. 57. ſub fin. in I. ad Corinth. IV. homil. 12. Moral. in Gen. Homil. 6. homil. 7. ſub princ. Homil. 41. pr.

mus. Neque Chryſoſtomo mitius langvidiusve hanc ludendi ſpectandiq; proterviam in ſuis caſtigat Salvianus Maſſilienſis, (s) ſeculi quinti, cùm jam ad ſenium vergeret, Scriptor, ex quo non ſine admiratione advertere licet, quâ talium cupiditate, etiam perditiſſimo rerum ſtatu, ævi iſtius homines inſanierint, Colonienſium maximè atque Trevirorum ea in re intemperantiam improbitatemq; inceſſens. Ipſa Salviani verba recenſere non licuit nobis ad finem properantibus, digniſſimi, cujus fontes ipſe lector adeat hauriatque

XX.

---

homil. de Davide & Saule in Pſ. CXVIII.(CXIX.) homil. 51. & 52. de verb. Eſa. Vidi Dominum. homil. 1. ad Popul. Antioch. homil. 40. p. 256. (s) de Provid. d. Lib. VI. per tot.

XX. Neque verò mirum, tanta adverſus publicam iſtam morum corruptelam ſeveritate uſos, qui, ne quid detrimenti diſciplina Chriſtiana caperet, ne ſaltationum quidem, atque chorearum licentiam ſuis permitterent. Ambroſius(t): *Intuta eſt verecundia, & ſuſpecta illecebra, ubi comes deliciarum eſt extrema ſaltatio. Ab hac virgines Dei procul eſſe deſidero. Nemo enim, ut dixit quidam ſecularium Doctor, ſaltat ſobrius, niſi qui inſanit. Quòd ſi juxta ſapientiam ſecularem ſaltationis aut temulentia autor eſt, aut dementia, quid divinarum cautum putamus exemplis, cùm Joannes Chriſti prænuncius, ſultatricis opinione jugulatus exemplo ſit, plus nocuiſſe ſaltationis illecebram, quàm ſacrilegi furoris a-*

Saltationes ab iiſdem prohibitæ.

(t) de Virgin. l. 3.

mentiam? Quid ibi verecundiæ eſſe poteſt, ubi ſaltatur, ſtrepitur, concrepatur? ſaltet, ſed adultera filia. Quæ verò pudica, quæ caſta eſt, filias ſuas religionem doceat, non ſaltationem. Auguſtinus: (u) *Notum eſt omnibus, nugaces & turpes ſaltationes ab Epiſcopis ſolere compeſci.* Et paulo poſt: *Quæro, ſi aliquem Donatiſtarum Epiſcoporum ſaltare cogeret Imperator, & nolenti facere, beſtias ignesque minaretur, non mallet illa perpeti, quàm illud admittere: & cùm paſſus eſſet, utrum non eum iſti inter Martyres recitarent?* Chryſoſtomus, (x) de filia Herodiadis, cujus maximè invidiâ iſtud quicquid eſt voluptatis apud Eccleſiæ Patres laborare

(u) Tom. VII. cont. Parmen. Lib. III. c. ult. (x) in Matth. XIV. 6. homil. 49.

rare deprehendimus, ita improbitatem ejus diſtribuens,ut vel ſoli ſaltationi,etiamſi absq; cæde proceſſerat,peculiarem locum adſignet: *Duplex crimen eſt; & quoniam impudente ſaltavit, & quoniam adeò placuit, ut cædem loco mercedis acceperit; quod quidem vitrici magis,quàm privignæ vitium erat.* Et poſt explicatas latius indecoræ iſtius feſtivitatis partes ſuas, ad parem laſciviam ſaltando progreſſas iſtius exemplo coërciturus: *Audiatis hoc virgines, imò verò etiam nuptæ, quæ in aliorum nuptiis ſimiliter indecorè vos geritis, ſaltare ac tripudiare & communem fœminarum ſexum deturpare non veremini.* Idem (y) in enarrandis nuptiis Iſaaci, paratio Eleazare cum Rebecca procuratis verſans, ſan-

(y) in Gen. XXIV. 50. homil. 48

ctorum iſtius ævi hac in re ſobrietate ſuos ad parem modeſtiam ſtimulaturus: *Nusquam illîc cymbala, & choreæ.* Et aliquantum inferius: (z) *Hîc conſidera, quomodo nusquam ſuperflua illa & inutilia, nusquam diabolica pompa, nusquam Cymbala, & tibiæ, & choreæ, & ſatanica illa convivia, & ſcommata, omni obſcenitati plena, ſed omnis honeſtas, omnis ſapientia, omnis modeſtia.* Atque ad eundem modum Jacobi cum Rachele, (uti is credebat, Leam equidem geniali nocte præter vota ſortitus,) nuptias celebrans: (a) *Num tunc tibiæ? num tunc Cymbala? num tunc Choreæ diabolicæ? Quare enim ſtatim ab initio damnum inducis in domum tuam,*

(z) adverſ. 65. ſeqq. ſub fin. d. homil. (a) in Gen. XXIX. 22. ſeq. homil. 56.

am, & eos, qui in ſcenis & orcheſtris operam locant, vocas, ut cum intempeſtivo ſumptu virginis lædas continentiam, & juvenem impudentiorem facias? Hæc poſtrema ut melius intelligantur, animadvertendum, in nuptiarum etiam apud Chriſtianos ſolennibus, cùm honeſtæ fœminæ iſtud laſciviæ dedignarentur, ſcorta publicè ad ſcenam ſe locare ſolita, atque ad omnem petulantiam venalia inducta fuiſſe, quæ nempe vicem iſtarum obirent; ex proverbii noſtris uſurpati formulâ, cum meretricibus ſaltandum, ubi virginum copia deſit. *Etenim, olim uti* rurſum (b) Chryſoſtomus, *reginæ in conviviis virorum ſaltabant, ſicut filiam Herodiadis,* (adeò Patribus, & Chryſoſtomo præ-

 ſer-

(b) homil. de Pentec. ſub fin.

ſertim inviſam,) *feciſſe legimus: nunc verò vix famula dignatur hoc facere.* Hinc ſcortorum, uti dictum, ſurrogandorum quædam uti credebatur, neceſſitas orta. Id quod indicans graviterque arguens Chryſoſtomus, atque iis, qui morem hunc retineri cupientes, *cùm ergò* (quaſi per indignationem rogitantibus,) *neque virgines ſaltabunt, neque nuptæ* (quas omnes procul ab iſta licentia intus apud ſponſam, neque conſpici à quopiam convivantium ſolitas, ibi innuit) *quis ſaltabit* (ni ſcilicet ſcorta id muneris expleant,) reſpondet, *Nemo. Quæ enim,* (invicem ſciſcitans) *ſaltandi neceſſitas? In Gentilium myſteriis ſaltationes ſunt: in noſtris verò ſilentium, decorum, pudor, & modeſtia.* Et in fine ſermonis, patrem præ-

ceptis

ceptis informans, quomodo & filiæ virum quærere & adornare nuptias, & quos convivas invitare fas eſſet, *ſaltantium*, inter alia monet, *adſit nemo. Illic enim ſuperfluus eſt ſumptus & dedecoroſus.* Ubi, nî vehementer fallor, ſcorta intelligit, in quibus conducendis pecunia, utendisq; honeſtas, quæ Chriſtianos præſertim deceret, perderetur, aut ancillas non ſcortis multum honeſtius habitas, quarum nempe dedecus parum penſi habebant jam iſtius ætatis Chriſtiani, in omnem ſeculi licentiam effuſi. Quos etiam iterum inſectans Chryſoſtomus, (c) excuſantes talia non ab ingenuis fieri: *Num autem* (iratus hominum protervie ſciſcitaturus:) *quoniam in paupertate vitam agunt, non ipſæ quo-*

(c) in 1, ad Corinth. Homil. 12.

quoq; ſunt virgines: & ipſas quoque gerere oportet curam continentiæ ac pudicitiæ? Nunc autem ſaltat virgo in communi theatro juvenum impudicorum. Et non tibi videtur eſſe magis infamis quàm meretrix? Sin autem dicis, hæc faciunt ancillæ: ne ſic quidem te abſolvo à reprehenſione. Neque enim eis oportebat permitti. Omnia enim mala ex his oriuntur, quòd familiæ nullam habemus rationem. Sed ad deſpiciendum ſatis eſt dicere; Eſt ſervus & ſunt ancillæ: licet quotidie audiamus, in Chriſto Jeſu non eſt ſervus, nec liber. *Tu autem equum quidem non deſpicis, nec aſinum, ſed nihil non facis, ne mali ſiant & vitioſi. Servos autem deſpicis, qui ſicut tu ſunt animati.* Denique Diabolum in medio ſaltantium, laſcivire, atque exultare putat

tat (d) Chryſoſtomus. Quin & publicis Eccleſiæ legibus ſaltationibus atque choreis interdictum. Patres Concilii Laodiceni (e) ſuos ad morum modeſtiam compoſituri, quo minus in nuptiis, ubi major laxitas, diffluerit; *Non oportet Chriſtianos ad Nuptias euntes plaudere vel ſaltare, ſed venerabiliter cœnare vel prandere, ſicut Chriſtianos decet.* Antiſiodorenſis concilii (f) canone presbyter inter epulas cantare vel ſaltare prohibetur; quo rigidiores Agathenſis ſynodi (g) pa-

(d) de Pulchrit. & uxor. in fin. Tom. 5. col. 1369. (e) Can. 53. apud J.L. Ruel. Hiſt. Concil. Tom. 3. Period. 2. Peric. 4. Diatr. 107. p. 289. (f) Can. 40. Tom. 3. p. 52. (g) Concil. Agath. Can. 39. Tom. 2. p. 207.

patres non presbyteros tantum ſed & inferiorem graduum Clericos ſaltationibus atque choreis imo ipſis nuptialibus conviviis intereſſe vetuerunt. Improbat quidem rigorem iſtum in Laodicenis Oſiander (h). Neque nos latet, ex noſtratibus plerisque à genio ſeculi non multum abhorrentibus non Jacobum Razium tantum (confutatum quidem (i) ideo à Melchiore Ambachio) Jo. Danhauerum (k) Joach. Hildebrandum (l) ſed & Lutherum (m) ipſum chori Præſultorem, in molliorem com-

(h) apud Ruel. d. l. (i) apud Seckendorf. Hiſtor. Lutheran. Schol. 5. (k) Colleg. Adiaphoriſt. Diſput. de choreis. (l) de Nupt. Vet. Chriſtian. tit. de choreis. (m) in Gen. XXIV. Tom. 4. Jen. Germ. fol. 143. b.

commigraſſe ſententiam; arbitratos forſan, inter iſtos virorum mulierumque æſtius voluptatumque incentiva frigidam integramque manere caſtitatem, neque violari pudicitiam inter blanditias atque amplexus non corporum magis, quam animorum motu mutuoque igne calentium, atque nullum ſaltem ab oculorum animorumque adulterio Chriſtiano homini periculum eſſe, quem non corpore tantum, ſed & mente ab iſta Contagione purum, integrumque Chriſtus (n) hujusque diſciplinam ſecuti Apoſtoli voluere; Et ouem anguſtâ, (o) atque aſperâ viâ anxium, atque ſolicitum, tantosque inter ſcopulos hærentem & penè trepidantem (p) ad ſalutem tendere

(n) Matth. V. 28. (o) VII. 13. (p)

re iidem monuere. Mirum equidem, extare, qui abeſſe poſſe putent à flamma fumum, calorem, incendium. Neque tamen cum iis hîc contendere animus eſt. Fruantur, per nos licet (atque licere neceſſum eſt) ingenio atque arbitrio ſuo ipſo Davidis arcæ præſultantis exemplo non iis minus tuti, qui (q) Cypriani ætate, ad tuendam ſpectaculorum voluptatem Aurigam Israëlis Eliam, tripudiantem exultantemque nimio receptæ arcæ (præſentioris cœleſtis gratiæ pignoris) gaudio Davidem, tympana, tibias, cytharas, choros, Paulum denique cum adverſario tanquam in arena luctantem advocabant; quêis mirum eſt non Joannem adjunxiſſe, ad virginis ipſum Deum

(q) ſupr. §. 16. & 17.

um inaudito ad id usque partu edituræ adventum, in utero matris inſolentius exilientem. Eadem nempe ratione carmina cantusque & quicquid aut voce, aut fidibus ad concitandam demulcendam alendamq; libidinem canitur, Davidis exemplo defendent iſti, id quoq; non exiguo ſumptu curantis, ut Numen hymnis, ſeu voce, ſeu fidibus celebraret. Neq; minus fas erit, ſuos ſorori amores, vota, cruciatusve, aut voti compotem gaudia ſua Feſcennino atque ad nequitiam compoſito verſu exponere, quam Numini ſua facinora dolores ſuos, iſtiusve in ſe benignitatem, clementiamque pereunte formulam regio Vate fateri. Et quis aut invideat, aut exprobret, mœchis, atque aliis quibuscunque inceſto amore flagrantibus voluptatem à vo-

luptate

luptate, quæ matrimonio exercetur, non habitu corporis, non animi motu, non ipſo denique voluptatis ſenſu diverſam? At verò commodiori Iſraëlitarum exemplo uti iſtis licuerat, (r) ab epulis (uti ſolet (s) è ſaturitate naſci petulantia) ad ludos choreaſque conſurgentium; niſi forſan non ſatis placent Præſultores, hac quoque proterviæ, atque improbitatis parte illaudati. Præſertim verò puellis noſtris motus Gallicos edoceri geſtientibus pariari maximè poterat Herodiadis filia ſaltare adeò ſcitè atque eleganter gnara, ut dimidia regni parte voluptatem tam jucundo ſpectaculo hauſtam pater æſtimaret. Aſt hujus quoque forſan (regiæ quam-

(r) Exod. XXXII. 6. (s) Philo de Abrah. p. 298.

quamvis) pudet viros ceteroquin egregios dignosque, qui morum ſanctitati toto penè orbe exulanti, famæque, qua haud parum propitia frui licuerat, ſuo denique pudori conſulerent. Sed quò nos progredi, aut prolabi facit inſtituti noſtri oblivio, ut inpugnare velle videamur rem, quam ſummo ſtudio defendunt, qui prohibere debuerant, adeò à Cypriano, Chryſoſtomo, Auguſtino, non temporum magis intervallo, quàm ingenio, moribus atque ipſo penè cœlo diſcreti. Neque verò auſteritatem iſtam ſeculi noſtri laſcivia aut urbanitas patitur. Et vidi ipſe ex ſacro ordine viros, qui ſuborta inter epulas nuptiales de ſaltatione Clericis permittenda, quæſtione, in lætiorem ſententiam manibus pedibusque transirent, Donatiſtarum quidem

dem Epiſcopis multo hilariores, beſtias potius ignemque ſi Auguſtino, Donatiſtis non adeò faventi, fidem habemus quàm choream ſubituris; neque Laodicenis (t) parituri Clericos ad nuptias vocatos, priusquam ingrediantur thymelici, ſurgere & diſcedere, præcipientibus. Ita nempe priſci, rudioris videlicet ævi homines, atque ad elegantiam minus perpoliti gravitati morum, noſtri amœnitati atque lætitiæ conſulunt. Utri melius, Dei atque Eccleſiæ ea de re notio ſit. Certè & ii, qui civilem modum hîc egreſſos antiquiores iſtos exiſtimabant, fateri coguntur, ſiquidem uſum chorearũ cum abuſu contendas, non prorſus abſurdè iſtos judicaſſe. (u) Et verò non quen-

(t) Can. 54. (u) Hildebrand. d. l.

quenquam puto latere poſſe, quantum colloquio, blanditiis, contactuque circumcurſitantium fœminarum caleant, qui ad ignem iſtum acceſſerint, & quam proclivis à tripudiis ad lubidinem, fœmineis fœdisque anfractibus provocatam, ſaltus atque tranſitus ſit.

XXI. Equidem ne Gentilibus quidem eam ſaltandi levitatem probatam, ipſo Gentilium teſtimonio conſtat. Irridet

Parum probatæ etiam Gentilibus.

Z

---

d. l. Saltationes etiam improbari Joanni Bapt. Thiers de Lud. & Recreat. Chriſtian. Permiſſ. c. 25. Poſt hæc dudum conſcripta nos monuere, qui actis eruditorum Lipſiæ colligendis de republica literaria præclarè mereri ne nunc quidem deſiere. A. 1690. Supplem. Sect. I. add. P. Firmian. Gig. Gall. p. 293. & ſeqq.

ridet apud Lucianum (x) Thraſyclen Philoſophum Timon, qui habitu frugalis, inceſſu moderatus, amictu modeſtus, mane mirum quàm multa de virtute diſſerere ſolitus, poſtquam ad prandium cœnamve perventum, matutinæ ſobrietatis modeſtiæque oblitus, non ad cantum modò ſed & ſaltationem procedat. Apud eundem (y) mercator Ariſtippum Cyrenæum à Mercurio in foro venum expoſitum aſpernatur, nimis ungventa olentem atque ad laſcivas ſaltationes unà cum tibicina exercendas, amatori & perdito cuipiam hero idoneum; Cui nempe morum ſimilitudine placeat. Quin ne in fœminis quidem, quibus veniam

(x) Timon. Tom. I. p. 159. 161.
(y) Vitar. Auct. Tom. I. 377.

niam mollitiei magis indulgeas, eam non notatam perſtrictamque dimiſere. Horatius (z) inter corrupti & degeneris à majorum probitate ſeculi exempla referens;

Motus (queritur,) *doceri gaudet Jonicos,*
Matura virgo, & fingitur artubus
Jam nunc, & inceſtos amores
De tenero meditatur ungvi.

Atque apud eundem (a)

Feſtis matrona moveri juſſa diebus
Intererit Satyris paullum pudibunda protervis.

Arguit Sempronium Saluſtius (b) pſallere & ſaltare elegantius

Z 2 gna-

(z) 3. carm. 6. (a) de Art. Poëtica. (b) Bell. Catil.

gnaram, quam neceſſe ſit probæ; fœminam nempe non improbitate minus atque genere formaque nobilem, iſta maximè aliaque inſtrumenta luxuriæ conſectantem, & cui cariora ſemper omnia, quàm decus atque pudicitia eſſet.

Alia nuptiarum dedecora notata à Chryſoſtomo.

XXII. De ſaltatione agentibus occurrit Chryſoſtomi locus, de aliis quoque nuptiarum probris quiritantis, quem non hîc referre, propè flagitium videri potuerat. Ita nempe Chryſoſtomus ſuorum temporum mores, ſic deſcribens, ut noſtratiũ nuptiis ſpectatorẽ cenſoremq; adfuiſſe crederes; (c) *Turpia illic verba, riſus incompoſitus, ſeſſiones magis incompoſitæ, plenus turpitudine, & geſtus ſtultitiam & inſipientiam præ ſe ferentes,*

(c) In act. Apoſt. Homil. 42. Tom. 3. col. 626.

tes, omnia illic riſus, & ridicula: Inſanit tunc natura, præſentes præ hominibus bruta fiunt, & alii quidem ut equi hinniunt, alii verò ut aſini calcitrant, magna diffuſio, diſſolutio magna, nihil maturum, nihil generoſum. Magna ibi diaboli pompa, cymbala, tibiæ & cantica plena ſcortationum ac adulteriorum. Atque iterum alio loco (d) iſta nuptiarum dehoneſtamenta recenſens, choreas cymbala, tibias, verba atque cantica obſcœna, temulentiam, Commeſſationes, copioſam deniq; diaboli farraginem rei ceteroquin ſanctæ invecta conqueritur. Ubi etiam jucunda ſunt, quæ de fœminis indignabundus refert, per forum prælucente lampadum ſplendore profunda veſpera

 cum

(d) in I. ad Corinth. 4. Homil. 12. Tom. 4. col. 379.

cum fiſtulis tibiisque deductis, ne ſcilicet ii, quos domi ſuæ jam nox atq; ſomnus oppreſſit, quid rerum agatur ignoret; Sed à fiſtula excitati, & ſupernè ex feneſtris deſpicientes, teſtes ſeſe præbeant illius comœdiæ? Ita nempe jam tunc peracta, nuptialis fabula, fabulæ noſtræ ſimillima. Sentit quidem atque fatetur Chryſoſtomus, pleriſq; riſui, atque ludibrio fore ſeſe, qui ſeculi aut ignarus, aut immemor movere audeat terminos, quos licentia, jam longo uſu munita pegerit. Neque minus noſtrorum ſe propinaverit riſui, ſi quis ad diſciplinam ſeveriorem revocare ſuſtineat homines ludis delitiis atq; voluptatibus deditos impetratamque pravitatem tanquam longo temporis uſu, ſuoque adeò jure tuentes.

XXIII.

Eſſenorum chorea.

XXIII. Ut fine aliquantum jucundiori inſigniamus noſtra, neque triſtes penitus dimittamus, quêis tripudiare non licere moleſtum eſt, exhibendum putavimus eximium ſaltationis ſpecimen, à Philone memoriæ proditum de Eſſenis hominibus egregia probitate illuſtribus atque ad ſanctitatem etiam tunc, quando hilaritati indulgerent, compoſitis. Ita verò de iis Philo(e): Poſtquam (à cœna) omnes conſurrexere, duo chori fiunt in medio cœnaculo, alter virorum, alter fœminorum. Cuique ſuus præcentor præficitur, honore præſtans & canendi peritiâ. Deinde cantant hymnos in laudem Dei compoſitos variis metrorum carminumque generibus, nunc

 ore

(e) de Vit. Contemplat. ſub fin.

ore uno, nunc alterius, non ſine decoris & religioſis geſtibus atque accentibus, modo ſtantes, modò prorſum retorſumve gradum moventes, utcunque res poſtulat. Deinde poſtquam uterque chorus ſeorſum explevit ſe his deliciis, velut amore divino ebrii unum chorum faciunt promiſcuum, ad imitationem illius olim inſtituti in rubri ſinus litore poſt mirandum prodigium, quando mare Deo jubente alteris ſalutem, alteris perniciem attulit. Atque ad has lineas, hunc intra modum ſaltent, quibus ſine noxa ſaltare volupe eſt.

LN-

INDEX.

A.

Apoſtolorum Concilium atq; Decretum de Idolothytis &c. I. 6. & ſeqq.

Arelatenſis Concilium Decretum de Traditoribus III. 8.

Athanaſii fuga in perſeqvutione. II. 18. Latitatio. III. 16.

B.

Balnea Chriſtianis licita. VI. 1.

Baſilidis Sententia de Fide ob perſeqvutionem neganda. II. 2.

C.

Cæciliani cauſa adverſus Donatiſtas. III. 11.

Choreæ v. Saltationes.

Codicum Sacrorum Traditio. III. 1.-5. 13. 14. 15.

Coronarum capite geſtandarum Uſus Chriſtianis prohibitus. IV. 2. Prohibitionis rationes. 7.-17. Diſcuſſio harum rationum 18. 19. Remiſſio iſtius prohibitionis præſertim quoad Coronas Nuptiales. 20.

Cypriani fuga in perſeqvutione. II. 18.

D.

Donatiſtarum Schisma, Origo, Occaſio, atque Progreſſus Schismatis. III. 9.-12.

E. Es-

E.

Esſenorum Choreæ. 23.

F.

Felicis Aptungitani cauſa cum Donatiſtis. III. 9. 11.
Fides Chriſtiana ob perſeqvutionem neganda, ex Sententia Simonianorum aliorumque. II. 2.
Florum ſparſio, ſive Injectio honoris causâ. IV. 11. 12.
Fuga in perſeqvutione. Tertulliani Sententia pro ea. Contra eam. II. 16. Argumenta ejus contra fugam examinata. 17. Pro ea Clementis Alexandrini, Originis, Cypriani. 18. Fuga quandò illicita. 19.

G.

Gregorii Cæſarienſis fuga

in perſeqvutione. II. 18.

H.

Helceſaitarum Sententia de fide ob perſeqvutionem neg anda. II. 2.

Hobbeſii. ibid.

I.

Idolothytorum à Concil. Apoſtolico prohibitorum ratio. I. 7 - 11. Eorum varii modi 17. - 21. Quæ conſtitutione Apoſtolica fuerint prohibita. 25. Quousque illa obſervata. 26.

Idolothyta an per ſe, an ratione tantum ſcandali illicita. 27.

Idololatriæ Conditio atque Varietas. 12. Appendices atque Communicatio. 13. 14.

L.

Lapides uncti Gentilium. 10.

Lapſorum duo genera. II. 3. 45.

Lares eorumque cultus. I. 24.

Libationes. I. 22.

Libellatici. II. 5. Fidem non abnegantes. 7. aliquando abnegantes. 8. Iſtorum crimen levius Sacrificatorum. 9. Ideoque mitior Eccleſiæ in ipſos cenſura. 10.

Lotio pedum apud Judæos, Gentiles. VI. 2. 3. Chriſtianos. 4. - 10. Manuum ante preces. 12. Ad accipiendam Evchariſtiam. 13. 14. Codicem Evangelicum. 15.

Lotio poſt concubitum. 16.

Lucilla Carthaginenſis, Donatiſtarum mater. III. 9.

Ludi Chriſtianis interdicti. VII. 1.

Ludionum infamia apud ipſos Gentiles. 2. 3. 4. Cauſæ hujus. 5. - 9.

Ludi cur Chriſtianis maximè inviſi. 10. 12. 13. 14. Eccleſiæ contra Ludiones atque Ludos iſtos Decreta. 15. Argumenta pro Ludorum ſpectandorum licentia. 16. Refutata. 17. Spectaculorum licentia etiam tempore Impp. Chriſtianorum uſurpata. Ejusque prætextus 18. refutatus à Patribus. 19.

M. Me-

M.

Melaniæ pietas in receptione Chriſtianorum fugientium. III. 16.

Menſurius Epiſcopus carthaginenſis. III. 9.

N.

Nazaræi. I. 5.

Nuptiarum etiam apud Chriſtianos veteres, dehoneſtamenta. 22.

O.

Optati Milevitani Sententia de Traditione codicum Sacrorum. III. 14. 15.

P.

Pauli Eremitæ fuga in perſeqvutione. II. 18.

Pli-

Plinii locus explicatus. II. 11.

Priſcillianiſtarum Sententia de Fide ob perſeqvutionem neganda. II. 2.

R.

Redemptio à Supplicio ob Chriſtianismum ſubeundo à Tertulliano improbata. II. 12.

Rationes ejus examinatæ 13. Objectio. 14. Reſponſio. 15.

S.

Sacrificia publica. I. 15. Privata 16. Ex Sacrificiis Veſcendi mos. 17. & ſeqq.

Saltationes apud Chriſtianos

nos prohibitæ VII. 20. Etiam Gentilibus parum probatæ. 21. Choreæ Eſſenorum 23.

Sangvinis non edendi cauſæ. I. 28 - 32.

Suffocatum. I. 3. 5. & ſeqq.

Symmachiani. I. 5.

Spectacula v. Ludi.

T.

Traditores. III. 1. 4. Vaſorum & codicum Sacrorum. 2. - 5. Traditores hominum. 6. Ex cauſa traditionis Origo Schismatis Donatiſtarum. 9. & ſeqq. quo loco habendum crimen Traditionis vaſorum Sacrorum. 13. cod. 14. 15. Hominum. 16.

V.

Vaſorum Sacrorum Traditores. III. 2. 3. 13.

Vigilantius ab Hieronymo ſententiæ inſimulatus de fide in perſeqvutione neganda. II. 2.

Ungventa Chriſtianis vetita. V, 1. Interdicti rationes. 2. 6. 7. Disquiſitio iſtarum rationum. 8. 9. 11. Ungventa ad potum adhibita. 3. etiam Eſſæis, atque Lacædemoniis improbata. 5. Lapides uncti gentilium. 10.

W.

Valent. Weigelii ſententia de fide ob perſeqvutionem neganda. II. 2.

FINIS.

Emendanda.

Dum Typographo tum feſtinabundo Exemplar ipſi quoque properabundi mittimus, ita locis quibusdam deſcriptum, depravatum, iſtis deniq; vitiis affectum noſtras evaſit manus, quibus, nobis abſentibus, ne ipſe quidem Æſculapius remedium tulerat. Hinc nati extantiores nævi, ita emendandi.

p. 361. lin. 19. pro *Moſis*, Amoſi. p. 362. lin. 3. pro *potius*, Hieronymus. p. 363. lin. 10. pro *meritis*, mentis. p. 367. lin. penult. pro *ſum*, ſerm. p. 377. lin. 11. lectos p. 391. lin. penult. cur aquâ. p. 398. lin. 6. poſt *ſolent*, add. ineptias. p. 400. lin. 11. poſt *ſanctiſſimosq;*, add. cibos. p. 418. lin. 10. HOC AGE p. 419. lin. 13. poſt *atq;* add. CONTVMELIAS INGERENS, p. 420. locus Chryſoſtomi talis eſt: *Quod*

ſi

ſi ab uxore ſua multi jejunii & orationis tempore abſtineat, qui ſua contentus non eſt, ſed alienam introducit: quantum ſibi mali accumulat. Inde verba auctoris: jejunii nempe p. 426. lin. 14. poſt *fœminæ* del. quæ, & poſt *denique*, add. hujus notæ p. 427. lin. 13. pon. qua hoc. p. 429. lin. 6. p. 433. lin. ult. poſt. de C. D. lib. 2. magis infamem Chriſtiani. p. 436. lin. antepenult. pro *Qui*, Cui. p. 437. lin. ult. poſt *Captiv.* add. Act. 5. ſc. ult. p. 438. lin. 5. Hiſtrionibus. p. 439. lin. 2. poſt *ludorum*, add. talium. p. 440. lin. penult. poſt *Epigr.* add. 25. p. 441. lin. 2. pro *qui*, quia.

AOA A47550